3

B

AGENDA
SEU
RITUALE
PASSAVIENSE,

Ad usum Romanum accommodatum.
AUTHORITATE & JUSSU,
REVERENDISSIMI, ET CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI WENCESLAI,
EPISCOPI PASSAVIENSIS, SAC.
Rom. Imperij PRINCIPIS Comitis de
THUN, &c.

Opus, omnibus Parochis, Pastoribus
Religiosis utile ac necessarium, multis ab hinc Annis diu quæsitum, nec non durantibus bellorum motibus plurimum deperditum, Nunc denuò cum Privilegio Cæsareo Speciali magnis Sumptibus noviter recusum,
ac in Lucem datum per
GEORGIUM MATTHÆUM LACKNER,
Bibliopolam Universit. Viennensis.

HERBIBOLI,
Literis JOBI HERTZII.

Anno M. D. C. LXXXVI.

WENCESLAVS
DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
EPISCOPVS PASSAVIENSIS,
Sac. Rom. Imperij Princeps
Comes de Thuñ, &c.

UNIVERSO CIVITATIS ET DIŒCESIS Nostræ Passaviensis Honorabili CLERO salutem in Domino.

Vt ea quæ ex antiquis Catholicæ Ecclesiæ institutis, & sacrorum Canonum Summorumque Pontificum decretis, de Sacramentorum Ritibus ac Cæremoniis hoc libro præscribuntur, quâ par est diligentiâ ac religione custodiantur, & ubique fideliter serventur; illud ante omnia scire & observare convenit, quod sacrosancta Tritendina Synodus de iis ritibus decrevit, in hæc verba:

Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse; anathema sit. *Sess. 7. Can. 13.*

Nos igitur, qui exemplo prædecessorum nostrorum Ecclesiæ Ministros, qui ferunt vasa Domini Sacrosancta, videlicet, Sacramenta, per

quæ divinarum gratiarum & charismatum fontes in omnes Christi Fideles veluti per Canales derivantur, non solùm Sanctos atque ab omni conscientiæ labe immunes. Sed in Sacramentorum etiam administratione, ea pietatis signa, ac devotionis indicia præseferre cupimus, per quæ fidelium mentes ad rerum, quæ intrinsecus latent, sanctitatem contemplandam excitentur, atque in Fidei, quam profitemur, unitate roborentur, omnibus & singulis Civitatis ac Diœcesis Nostræ Passaviensis Clericis & Religiosis, præsertim Curam animarum quomodolibet habentibus, RITUALE hoc à Prædecessoribus Nostris jam pridem elaboratum, nunc verò à Theologis Nostris ad id deputatis relectum, auctum atque ad normam Ritualis Romani accommodatum exhibemus & proponimus, non dubitantes hunc laborem Nostrum non solùm in Ecclesiæ ædificationem, sed & in vestrum usum commodumq; probè vel ex eo capite redundaturum esse, quod plurimis in locis Pastoralia, Agendas seu Ritualia (ut vocant) aut vetustate consumpta & detrita aut belli injurijs destructa & dissipata esse abundè constet.

Quapropter vos universos & singulos in Domino paternè hortamur, ac insuper seriò & severè vobis sub pœnis nobis arbitrarijs præcipimus, ut deinceps in Sacramentorum administrationibus, & benedictionibus quæq; easdem præcedunt vel comitantur, Exhortationibus, Concionibus, Sepulturis, alijsque functionibus Ecclesiasticis & Divinis peragendis, à nobis hoc libro traditam & præscriptam formam atque rationem accuratè teneatis & sequamini, eamque semel usu receptam, ab omni mutatione & novitate integram & incorruptam (sepositis alijs aliorum Episcopatuum omnibus Ritualibus & Agendis) deinceps observetis. Datum in Civitate Nostra Passaviensi 13. Augusti Anno post Christi Incarnationem 1665.

PRIVI-

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS Divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator, semper Augustus ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtenbergæ, Comes Tyrolis &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum nobis noster, & Sacri Imperii fidelis Dilectus Georgius Matthæus Lackner humillimè exposuerit se Agenda sive Rituale Passaviense ad Usum Romanum accommodatum recudere Constituisse, vereri autem ne aliorum invidiâ eundem Librum alibi etiam recudentium impendii & laboris sui fructu frustretur; Demissè supplicando ut indemnitati suæ Privilegio Nostro Cæsareo clementer consulere dignaremus, Nos supplicantis justis precibus benignè annuerimus. Mandamus proindè omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopegis aliisque quibuscunque rem sive negociationem librariam quovis modo exercentibus districtè atque seriò idque sub pœna quinque Marcarum Auri inhibentes, ne quisquam eorum præfatum Rituale Passaviense ad Usum Romanum accommodatum intra sexennium proximum, â primâ hujus novæ editionis Die Computandum, intra Sacri Rom. Imperii, Regnorumq; & Dominiorum Nostrorum hæreditariorum fines in simili vel alio Typo aut formâ recudere, invehere, apportare, clam seu palam divendere aut distrahere quovis modo præsumat, si quis verò edictum seu Privilegium hoc Nostrum Cæsareum violare seu transgredi ausus fue-

rit, cum non ſolum Exemplaribus ubicunque repertis, perperam quippe recuſis & apportatis (quæ quidem dictus Impetrans ejusque hæredes propriâ Auctoritate ſive Magiſtratus ejusque loci auxilio ſibi vendicare poterant) privandum & ſupra fatâ pœnâ ex ſemiſſe Fiſco ſeu Ærario Noſtro Imperiali inferenda ex alterâ verò parte injuriam paſſis pendenda irremiſſibiliter mulctandum decernimus, Dummodò tamen prædictus Liber tenorem hujus noſtri privilegii pro cujusque Notitiâ, in capite impreſſum exhibeat, & ejusdem quatuor ad minimum exemplaria Cancellariæ noſtræ Imperiali extradantur, Mandamus porrò Univerſis Noſtris & Sacri Imperii Regnorumque & provinciarum Noſtrarum hæreditarium Magiſtratibus Eccleſiaſticis & ſæcularibus, cujuscunque ordinis, Conditionis & gradus fuerint, ne quenquam huic noſtro Cæſareo Privilegio ullatenus impunè Contravenire patiantur, quin potiꝰ ejusdem transgreſſores ſupra dictis pœnis aliisque modis idoneis coerceri curent, quatenus & ipſi eandem mulctam evitare voluerint, Harum Teſtimonio litterarum manu noſtrâ ſubſcriptarum & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum. Quæ dabantur in Civitate noſtrâ Viennæ die ſecunda Menſis Auguſti Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Octuageſimo quinto, Regnorum Noſtrorum Romani Vigeſimo Octavo, Hungarici trigeſimo primo, Bohemici verò vigeſimo nono.

LEOPOLDVS.

(L.S.)

Leopoldus Guilielmus Comes in Kinigsegg.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium.

Caſpar Florenz Conſtruch.

CANO-

CANONES GENERALES ADMINISTRATIONIS SACRAMENTORUM.

1.

SACRAMENTA Baptiſmi, Pœnitentiæ; Euchariſtiæ, Extremæ vnctionis, & Matrimonij (quorum adminiſtratio ad Sacerdotem propriè pertinet) debent à proprijs Parochis miniſtrari, & non ab alijs, niſi de Epiſcopi aut proprij Parochi licentia, aut in caſu neceſſitatis.

2. Sacerdos nullum Sacramentum conferat excommunicato, vel exiſtenti in peccato mortali notorio, aut occulto, occultè petenti.

3. Sacerdos ſacramenta miniſtraturus, illorum vim & uſum (ſi commodè fieri poſſit) pro ſuſcipientium captu, prudenter, etiam lingua vernacula, explicet, ut decrevit S. Synodus Tridentina.

4. Curet Sacerdos cùm Sacramentum miniſtrat, illud pura conſcientia exequi: & accedens ſupplex ad altare, pro temporis oportunitate, dicat.

Oratio.

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & me indignum, qui primus miſericordia tua indigeo, clementer exaudi, & quem non electione meriti, ſed dono gratiæ tuæ conſtituiſti hujus operis miniſtrum, da fiduciam tui muneris exequendi, atque ipſe in noſtro miniſterio, quod tuæ pietatis eſt, operare. Qui vivis, &c.

DE SACRAMENTO BAPTISMI

Canones adminiſtrationis Sacramenti Baptiſmi.

1. Iure ſuo datum eſt Sacerdotibus baptizare, ſed id in aliena Parochia, aut

etiam in alienos parochianos non licet exequi, niſi de Parochi licentia.

2. Quoties infans aut Catechumenus verſatur in vitæ periculo, poteſt ſine ſolemnitate baptizari à quocumque, ſive clerico, ſive laico, viro aut fæmina, ſervata forma & intentione Eccleſiæ. Sed ſit adſit Sacerdos, præferatur Diacono, Diabonus Subdiacono, clericus Laico & vir fæminæ: niſi pudoris gratia, deceat fæminam potiùs quàm virum, baptizare infantem non omninò editum, vel niſi meliùs fæmina ſciret formam baptizandi.

3. Pater aut mater non debet baptizare filium, præterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur, qui baptizet.

DE PATRINIS.

4. PAter aut mater proprium filium aut Baptiſmum non teneat, tanquam ſuſceptor, etiamſi immineat filio mortis periculum, quia tunc non eſt opus patrino.

5. Cum Patrini officium ſit, ſpiritualis

filij sui curam gerere, ab eo munere arcendi sunt manifesti hæretici, infideles, Iudæi, non baptizati, usurarij, aut aliàs perditæ famæ homines, impuberes, & qui Dominicam orationem, ac fidei Symbolum ignorant, aut denique qui pro baptizato nequeant respondere.

6. Plures Patrini admitti non debent: nam in Synodo Tridentina definitum extat, ut unus tantùm sive vir, sive mulier, vel ad summum unus & una baptizatum de fonte suscipiant. Parochus antequam ad Baptismum accedat, diligenter sciscitetur, ab ijs ad quos spectabit, quem vel quos elegerint Patrinos, eorumque nomina in libro ad hoc destinato diligenter describat, doceatque eos quam cognationem contrahant. Quod si plures duobus sese tanquam Patrinos sistere velint, nec possit parochus à parente baptizandæ prolis, aut ab obstetrice, aut alio quopiam certò cognoscere duos illos, qui libro sint inscribendi, & spiritualem cognationem contracturi; liberum sit Parocho

ex pluribus duos, ad hoc munus maximè idoneos deligere, & eos Patrinos declarare.

DE BAPTISMO EORUM, qui de vita periclitantur.

7. Si de vita infantis, vel catechumeni, timeatur, tunc Baptiſmus minus ſolemnis ita peragitur. Sacerdos ſive alius baptizans, prætermiſſis alijs omnibus baptizat eum, proferens verba: *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.* ter fundens parùm aquæ ſuper caput baptizandi.

8. Dum fœtus eſt in utero materno incluſus, non poteſt baptizari. Si verò caput emergat, & timeatur periculum mortis, baptizetur, etiam non cognito ſexu: & poſtea natus non rebaptizabitur, etiam ſub conditione. Secus tamen ſi pedem aut manum emiſerit extra uterum matris, quia tunc quidem membrum illud baptizabitur: ac propter incertitudinem ex diverſitate ſententiarum, poſt

perfectam nativitatem, est baptizandus sub conditione. Si mater mortua fuerit, extrahatur fœtus, & baptizetur.

9. In monstris verò baptizandis, si casus eveniat, magna cautio adhibenda est: de quo, si opus fuerit, Ordinarius loci, vel alij periti, consulantur; nisi mortis periculum immineat.

10. Monstrum, quod humanam speciem non præseferat, baptizari non debet: de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: Si tu es homo, ego te baptizo, &c.

11. Illud verò, de quo dubium est, unáne, aut plures sint personæ, non baptizetur, donec id discernatur: discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora; tunc enim totidem erunt corda & animæ, hominesque distincti; & eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: Ego te baptizo, &c. Si verò periculum mortis immineat, tempusque non suppe-

tat, ut ſinguli ſeparatim baptizentur, poterit miniſter, ſingulorum capitibus aquam infundens, omnes ſimul baptizare, dicendo: Ego vos baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Quam tamen formam in ijs ſolùm, & in alijs ſimilibus mortis periculis, ad plures ſimul baptizandos & ubi tempus non patitur, ut ſinguli ſeparatim baptizentur, aliàs nunquam, licet adhibere.

12. Quando verò non eſt certum, in monſtro eſſe duas perſonas, ut quia duo capita & duo pectora non habet bene diſtincta; tunc debet primùm unus abſolutè baptizari, & poſtea alter ſub conditione, hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

13. Cùm infans, vel adultus, ob mortis periculum, fuerit baptizatus extra templum, poſtea cùm convaluerit, vel cùm primum licuerit, deferatur ad Eccleſiam, & adhibeantur ritus conſueti, hoc uno

exce-

excepto, quod non adhibeatur aqua, neque forma verborum proferatur, quibus baptiſmus conficitur, quia jam erat baptizatus. Si verò re diligenter perquiſita, fuerit dubium, utrum ſit baptizatus: ſub conditione baptizetur. Si baptizatus es, ego te iterum non baptizo: ſi verò non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Cujusmodi conditionalis baptizatio facienda eſt circa infantes, qui ab obſtetricibus baptizati eſſe referuntur.

DE BAPTISMO
Adulti.

14. Quando adultus petit baptiſmum, debet prius inſtitui in fide, quæ eſt in Chriſto JESU competenti dierum ſpatio; ita ut ſufficienter, judicio prudentium, antequam baptizetur, ſit in fide inſtructus. Si tamen eſſet morti proximus, habita tunc periculi ratione, inſtruatur, & baptizetur: Catechumenus

inſtructus in rebus fidei, baptizetur in Eccleſia. Patrinus ei aſſiſtat, & ipſe Catechumenus ad interrogata reſpondeat, ſiquidem ætatem habet.

DE IMPOSITIONE Nominis.

15. CUret Parochus, ut nomen alicujus Sancti ſemper imponatur baptizando, ut excellentis virtutis & ſanctitatis imitatione, ad Chriſti pietatem animus ejus excitetur, ſperetque, ſibi eum patronum fore, ad omnes animæ, & corporis moleſtias ſuperandas.

RITVS ET ORDO ADMINISTRANDI SAcramentum Baptiſmi.

SAcerdos, Sacramentum Baptiſmi adminiſtraturus, ſerio perpendat, quod Dei optimi maximi cauſam agat, qui ſevera animadverſione puniet, ſi ſancta non ſanctè tractentur. Curabit itaque ante omnia Sacerdos, ut reperiatur in

ſtatu gratiæ, & ſi ſit ſibi alicujus peccati mortalis conſcius ; aut confiteatur antequam ad Baptiſterium procedat; aut ſi deſit ei copia Sacerdotis, de admiſſo peccato doleat, proponatque, prima data quaque oportunitate idipſum confiteri. Deinde indutus ſuperpelliceo & ſtola, paratis candela accenſa, oleo Catechumenorum, & S. Chryſmate, pabtizandum adiens, interroget Patrinos: QUID PETITIS? Quibus id, quod eſt, reſpondentibus, quærat: Cujus ſexus ſit proles? Ac deinde, quo nomine vocari velint prolem? Patrinis verò reſpondentibus, nomen infanti imponendum: eo intellecto illud in præfato libro matriculæ, una cum ſuſceptorum & parentum nominibus ſcribat, aut inſcribi curet, & denunciet, ſolos inſcriptos pro ſuſceptoribus ab Eccleſia recipi, etiam ſi fortè plures, ut rei gerendæ teſtes & comprecatores, adſtent.

RITUS BAPTIZANDI masculos & fæmellas.

ANtequam aggrediatur baptizandi ritum, Sacerdos alloquatur Patrinum, ut loco infantis ad omnia interrogata respondeat, hoc ferè modo. N. N. was ich euch werde fragen / solt ihr mir an stat des Kindts antwort geben.

Quo annuente incipiat, ut sequitur.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.

Exorcismus & Catechismus Baptismi.

PResbyter insufflando in modum crucis in faciem infantis dicat:

Exi ab eo Sathana, & da honorem DEO vivo & vero.

Iterum insufflet, & dicat:

Exi immunde spiritus, & da honorem JEsu Christo, filio ejus, Domino nostro.

Tertio insufflet, & dicat:

Fuge immunde spiritus, & da locum Spiritui sancto Paracleto.

Deinde dicat: Pax tecum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Deinde, pollice dextro, faciendo cruces in partibus infra nominandis, baptizandum ſignet, dicatque:

Ad frontem.

Signo te in fronte ✠ in nomine Domini noſtri Jesu Chriſti, ut confidas in eum.

Ad oculos.

Benedico oculos tuos ✠ ut videas claritatem ejus.

Ad aures.

Aures tuas ✠ ut audias verbum veritatis ejus.

Ad nares.

Nares ✠ ut percipias odorem ſuavitatis ejus.

Ad pectus.

Pectus ✠ ut credas in eum.

Ad ſcapulas.

Scapulas ✠ ut ſuſcipias jugum ſervitutis ejus.

Ad os.

Os ✠ ut confitearis eum, qui cum Patre

& Spiritu sancto, vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde, signum crucis fronti & pectori imprimens, dicat:

N. Accipe signum crucis Domini nostri Jesu Christi, tam in fronte, ✠ quàm in pectore: ✠ ut templum Dei efficiaris, & ab hoc tempore, apostata Diabolus, in vase suo pristinæ suæ interemptionis, cognoscens signaculum, jam sibi deinceps illud sciat esse alienum. Per eundem Dominum, &c.

Deinde dicat:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio super utrumque.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. vel famulam tuam N. quem, vel quam, ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo vel ea expelle, discumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat alligatus, vel alligata;

aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, vel imbuta, omnium cupitatum fœtóribus careat, & ad odorem ſuavem præceptorum tuorum lætus, vel læta, tibi in Eccleſia tua deſerviat & proficiat de die in diem, ut idoneus, vel idonea efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi. Per eundem Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Oremus.

PReces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, & hunc electum tuum, vel, electam tuam, crucis Dominicæ (cujus impreſſione eum, vel eam ſignamus, ✠) virtute cuſtodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Oremus.

DEus qui humani generis ita es conditor, ut ſis etiam reformator: propitiare populis adoptivis, & novo teſta-

mento sobolem novæ prolis, asscribe, ut filij promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Dominum nostrum JESUM Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Exorcismus salis, si non habeatur benedictum.

Exorcizo te creatura salis, in nomine Patris ✠ omnipotentis, & in charitate Domini nostri ✠ JESU Christi, & in unitate Spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per DEUM ✠ vivum, per DEUM ✠ verum, per DEUM ✠ sanctum, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem, per servos suos consecrari Præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare sacramentum, ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine DEUS noster, ut hanc creaturam salis, sanctificando ✠ sanctifices, benedicendo ✠ benedicas,

ut fiat omnibus ſumentibus, perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine ejusdem Domini noſtri JESU Chriſti qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

Imponendo, ſalis modicum ori infantis, dicat:

N. Accipe ſal ſapientiæ, ut propitietur tibi Dominus, in vitam æternam. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Oratio ſuper utrumque.

DEus patrum noſtrorum, DEus univerſæ conditor creaturæ, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum, vel hanc famulam tuam, reſpicere digneris propitius, & hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutiùs eſurire permittas, quo minus cibo expleatur cœleſti, quatenus ſit ſemper Domini ſpiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper numini ſerviens, & perduc eum, vel eam,

Domine, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis, promissionum tuarum æterna præmia, consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratio super masculos tantùm.

Oremus.

DEUS Abraham, DEUS Isaac, DEUS Jacob, DEUS qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de terra Ægypti eduxisti, deputans eis angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte: te quæsumus Domine, ut mittere digneris sanctum angelum tuum, qui similiter custodiat & hunc famulum tuum, N. & perducat eum ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratio super fœminas tantùm.

DEUS Cœli & Terræ, DEUS Angelorum, DEUS Archangelorum, DEUS Prophetarum, DEUS martyrum, DEUS virginum, Deus omnium benè viventium,

DEUS cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium & infernorum, te invoco Domine super hanc famulam tuam N. ut perducere eam digneris ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Adjuratio ad utrumque repetenda quoties infra signabitur.

ERgo maledicte Diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo filio ejus Domino nostro, & Spiritui sancto Paracleto, & recede ab hoc famulo, vel, hac famula Dei, quia istum, vel, istam, sibi DEUS & Dominus noster Jesus Christus, ad suam sanctam gratiam & benedictionem, fontemque Baptismatis, dono suæ pietatis, vocare dignatus est. Et faciat crucem in frontem infantis pollice dextro, dicendo: Et hoc signum sanctæ ✠ crucis, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte Diabole, nunquam audeas violare, per eum qui venturus est judi-

care vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oratio ſuper maſculos tantùm.

Oremus.

DEUS immortale præſidium omnium præſtolantium, liberatio ſupplicum, pax rogantium, vita credentium, reſurrectio mortuorum: te invoco ſuper hunc famulum tuum, N. qui Baptiſmi tui donum petens, æternam conſequi gratiam ſpirituali regeneratione deſiderat. Sacerdos hic ſuppoſita manu ſua capiti infantis, offerat eum DEO, dicens: Accipe eum Domine, qui dignatus es dicere: petite & accipietis, quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis. Petenti itaque præmium porrige, & januam pande pulſanti, ut æternam cœleſtis lavacri benedictionem ✠ conſecutus, promiſſa tui muneris regna percipiat. Qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Repetitur. Ergo maledicte diabole.

Alia super fœminas.

DEus Abraham, Deus Isaac, Deus, Jacob, Deus qui tribus Israel de Ægyptiaca servitute liberatas, per Moysen famulum tuum, de custodia mandatorum tuorum in deserto monuisti, & Susannam de falso crimine liberâsti: te supplex deprecor Domine, ut liberes hanc famulam tuam N. & perducere eam digneris ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Repetitur. Ergo maledicte, ut suprà.

Alia adjuratio super masculum tantùm.

Audi maledicte Sathana, adjuratus es per nomen æterni DEI, & Salvatoris nostri JESU Christi, filii ejus, cum tua victus invidia tremens gemensque, discede, nihil tibi sit commune cum servo DEI N. jam cœlestia cogitante, & renunciaturo tibi ac sæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro. Da igitur hono-

rem advenienti Spiritui Sancto Paracleto, qui ex summa arce cœli descendens, perturbatis fraudibus tuis, divino fonte, purgatum pectus, Sanctificatum DEO templum & habitaculum perficiat, ut ab omnibus penitùs noxijs præteritorum criminum liberatus, hic servus DEI, gratias perenni DEO referat semper, & benedicat nomen ejus sanctum, in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde fit Exorcismus, & ter signatur puer, dicendo:

Exorcizo te immunde Spiritus, per Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ✠ sanctum: ut exeas, & recedas ab hoc famulo DEI N. Ipse enim tibi imperat maledicte, damnate, atque damnande, qui pedibus suis super mare ambulavit, & Petro, ne mergeretur, dextram porrexit.

Repetatur rursus: Ergo maledicte.

Fit deinde Exorcismus & ter signatur fœmella dicendo:

Exorcizo te immunde Spiritus, per Patrem ✠ & Filium ✠, & Spiritum ✠ san-

ctum, ut exeas & recedas ab hac famula Dei N. Ipse enim tibi imperat maledicte, damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quadriduanum Lazarum de monumento suscitavit.

Repetatur denuo. Ergo maledicte.

Oratio super utrumque dicenda.

Oremus.

Æternam ac justissimam pietatem tuam deprecor Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, auctor luminis & veritatis: respice super hunc famulum tuum, vel hanc famulam tuam, ut digneris eum, vel eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ: Munda eum, vel eam, & sanctifica; ✠ da ei scientiam veram, ut dignus vel digna efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus, vel apta sit ad percipiendam gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Hic ponat Sacerdos stolam super infantem in modum crucis & faciens crucem in fronte pabtizandi, dicat:

Nec te ✠ lateat Sathana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem judicij, diem supplicij sempiterni: diem qui venturus est, velut clibanus ardens, in quo tibi & universis Angelis tuis æternus veniet interitus. Et ideò pro tua nequitia damnate & damnande, da honorem Deo vero & vivo, da honorem Jesu Christo filio ejus, da honorem Spiritui Sancto Paracleto, in cujus nomine atque virtute præcipio tibi, quicumque, es Spiritus immunde, ut exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. vel hac famula Dei N. quem, vel quam, hodie idem Deus & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam benedictionem ✠ fontemque baptismatis vocare dignatus est, ut fiat ejus templum per aquam regene-

rationis, in remissionem omnium peccatorum. In nomine ejusdem Domini nostri JESU Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde legatur Evangelium sequens.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia sancti Evangelij secundùm Matthæum.

℟. Gloria tibi Domine.

In illo tempore. Oblati sunt Jesu parvuli, ut manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus verò ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & nolite prohibere eos, talium est enim regnum cœlorum. Et cum imposuisset manus eis, abijt inde.

℟. Laus tibi Christe.

Christliche Ermahnung an die Gevattern und andere Umbstehende bey der Heiligen Tauff.

ANdächtige in Christo dem HErrn/ Dieweil wir bey diesem Christlichen und Gottseligen Werck der heiligen Tauff im HErrn versamlet seyn/ so sollen ewer Lieb und Andacht sich wol erinnern des H. Spruchs vnsers lieben HErrn JEsu Christi. Es sey dann (spricht er Joan am 3.) daß einer wiederumb geboren werde aus dem Wasser und H. Geist / so kan er nicht eingehen in das Reich Gottes. Vrsach/ dann nach S. Pauli Gezeugnuß/ seynd alle Adams Kinder/ wie klein / jung/ vnd vnschuldig sie erscheinen / in Sünden empfangen vnd geboren/ Ja auch von Natur Kinder des Göttlichen Zorns/ dieweil sie alle in Adam ihrem ersten Vatter gesündiget haben / vnd mit der Erbsünd befleckt seynd/ vnd also zum ewigen Leben vntauglich erfunden werden. Demnach wird diß junge Kind hie fürgestellt / vnd zu der heiligen Tauff bereit/ damit es aus dem Stand der Sünden vnd sündlicher Vnsauberkeit zu dem Stand der Gnaden vnd Christlicher Gerechtigkeit komme / Ja auch für ein lebendiges Glid Christi vnd für einen rechte Erben des Himmelreichs angenommen vnd gezehlet werde. Dieweil aber diß schwach Kind solche grosse angebotne Gnad Gottes in disem vnmöglichen Alter nicht erkennen noch bekennen kan / soll Eu. Lieb und Andacht / vnd sonderlich ihr Gevattern ermahnt seyn / daß ihr an statt dieses

Kinds ewer Hertz zu dem Allmächtigen wendet / vnd mit vngezweiffeltem Glauben betrachtet / daß Christus Jesus aller Welt Heyland diß hochwürdig vnd nothwendig Sacrament des Tauffs / selbs hat eingesetzt / vnd mit seiner Gnadenreichen Verheissung geziert / vnd versigket / als er nemblichen durch Ezechielem seinen Propheten vorgesagt / er wölle ein rein Wasser über sein Volck außgiessen / vnd sie rein machen von allen ihren Vnreinigkeiten / vnd meinen Geist / sagt er / will ich euch geben / vnd will machen / daß ihr in meinen Gebotten wandlet / vnd dieselbige vollbringet.

Zum Andern / wolt ihr Andächtige auch zu Herzen führen / daß die obgemelte Gab / vnd Gnad / von diesem Kind nichts anders erfordert / dann daß es mit der Zeit / dasselbig dankbarlich laiste / was ihr Gevatter an seiner statt ernstlichen allhier versprechen vnd verheissen werd: Als nemblich daß es dem Teuffel / auch aller seiner Hoffart vnd Wercken widersage vnd widerstrebe: Item / daß es für vnd für bleibe vnd verharre bey dem rechten Christlichen / Catholischen vnd Apostolischen Glauben / welchen Glauben es auch sonderlich üben vnd erzeigen soll mit dem Gebett / in dem H. Vatter vnser / vnd mit dem Gehorsamb in den H. zehen Gebotten. Nicht weniger haben sie auch zu erwegen vnd wol zu behertzigen / daß nicht allein der Tauffer mit dem Getaufften / sondern auch der Tauffgött oder Gevatter / mit dem Tauffkind / sambt desselben wahren Eltern geistlicher Weiß befreundt werden / also daß sie sich mit Recht nicht zusammen verheyrathen mögen / ja auch nach beschehenem Heyrat / wiederum geschaiden werden müssen. Insonderheit aber erfordert ewer Ampt vnd Pflicht / daß ihr euch dieses Kinds / im

Fall

zall es nach empfangener Tauff / über kurz oder lang / aus Verhengnuß Gottes / seiner natürlichen Eltern / durch den zeitlichen Tod beraubt wurde / getreulich annehmt / es auff die Forcht Gottes / Zucht vnd Erbarkeit anweist vnd haltet / damit / wann es zu seinen verständigen Jahren kommen wird / seiner Keuschheit warnemme / die Gerechtigkeit lieb habe / vnd vor allen Dingen das H. Vatter vnser / den H. Englischen Gruß / Christlichen Glauben / vnd die zehen Gebot fleissig lerne / vnd derer sich embsiglich gebrauche / damit es nach seinem vnd ewrem Zusagen vor GOtt vnd der Kirchen hie geschehen / wider des Teuffels Reich ritterlichen streitten vnd standhafftig überwinden / vnd also nach diesem sterblichen Leben / sampt allen lieben Auserwöhlten / die Cron der ewigen Frewd und Seligkeit erlangen möge. Damit aber solches geschehe / vnd wir alle neben diesem Kind die gnadenreiche Krafft vnd Würckung der H. Tauff haben vnd in vns empfinden mögen / so last vns demnach mit gebognen Knyen vnd demütigem Hertzen samentlich sprechen ein andächtiges Vatter vnser vnd Ave Maria.

Deinde Sacerdos recipiat modicum de sputo oris sui, cum pollice & indice dextro; addito modico luto, vel cinere, dicendo:

In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus sancti.

Poſtmodum tangat dextram aurem infantis, & dicat:

Ephetha, quod eſt, adaperire.

Deinde nares tangendo, dicat:

In odorem ſuavitatis.

Tangens quoque aurem ſiniſtram, dicat:

Tu autem effugare Diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Circa locum dextræ manus imprimendo ſignum crucis, dicat Sacerdos.

N. Trado ſibi ſignaculum Domini noſtri Jesu Chriſti ✠ in manu tua dextra, ut te ſignes & à te adverſarium ex omni parte repellas, & habeas vitam æternam, & vivas cum eo in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Introductoria benedictio ad S. fontem.

Ingredere in templum Dei ut merearis videre Filium Dei vivi, in nomine Patris ✠, &c.

Benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat & maneat ſuper te, & Angelus

Domi-

Domini custodiat te, usque dum venias ad sanctum Baptisma. Amen.

Quibus finitis præparetur infans per mulieres ad Baptismum, & cum ad Baptisterium pervenitur, stans Sacerdos versa facie ad Orientem faciat eum abrenunciare Diabolo expresso nomine infantis, his verbis.

N. Quis vocaris? Nennet das Kind?
Respondeat Patrinus N. vel N.

Sacerdos pergit interrogando.

N. Abrenuncias Sathanæ? Widersagst du dem Teufel?

℟. Patrinus. Abrenuncio. Ich widersag.

Amplius quærit.

Et omnibus pompis ejus? Vnd aller seiner Hoffart?

℟. Patrinus. Abrenuncio. Ich widersag.

Ulterius interrogat.

Et omnibus operibus ejus? Vnd allen seinen Wercken?

℟. Patrinus. Abrenuncio. Ich widersag.

Pergat Sacerdos interrogare de credulitate infantis, hoc pacto.

N. Credis in DEUM Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ? Glaubst du in GOtt Vatter Allmächtigen Schöpffer Himmels vnd der Erden?

℟. Patrinus. Credo. Ich glaubs.

N. Credis in JESUM Christum filium ejus unicum Dominum nostrum: quod conceptus sit de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, crucifixus & mortuus, descenderit ad inferos, tertia die resurrexerit à mortuis: ascenderit ad cœlos, sedeatque ad dexteram Patris, venturus judicare vivos & mortuos?

Glaubst du auch in JEsum Christum / seinen einigen Sohn vnsern HErrn / vnd daß er empfangen sey von dem heiligen Geist / geboren aus der Jungkfrawen / gecreutziget / vnd gestorben / abgestigen zu der Höllen / am dritten Tag widerumb aufferstanden von den Todten / auffgefahren zu den Himmeln / sitze zu der Gerechten des Vatters / kommen werde zu richten die Lebendigen und die Todten?

℟. Patrinus. Credo. Ich glaubs.

Iterum Sacerdos interrogat.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam; Sanctorum communionem? remissionem peccatorum; carnis resurrectionem; & vitam æternam?

Glaubst auch in den heiligen Geist / die heilig allgemein Christlich Kirchen / Gemeinschafft der Heiligen / Vergebung der Sünden / Aufferstehung des Fleischs / vnd ein ewigs Leben?

℟. Patrinus. Credo. Ich glaubs.

Deinde faciat crucem in pectore infantis de oleo, sancto, quod dicitur Catechumenorum, dicens:

N. Ego te oleo salutis linio.

Et faciendo alteram crucem de eodem oleo inter scapulas infantis, dicat:

In Christo Jesu Domino nostro, ut habeas vitam æternam. Amen.

Tunc interrogat Sacerdos ter dicens.

N. Quis vocaris? Nennet das Kind?

℟. Patrinus N. N.

N. Vis baptizari? Wilt du getaufft werden?
℟. Patrinus. Volo. Ich wil.

Quærat deinde Sacerdos, an propter periculum formidatum, ſit circa Baptiſmum infantis aliquid attentatum à quopiam? Et ſi reſpondeatur, nihil ejusmodi factum, baptizet eum immergendo, vel ſuperfundendo aquam, ſemel aut ter, ſecundùm conſuetudinem loci, tenente infantem Patrino, atque dicat:

N. Ego te baptízo in nomíne Patris ✠, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Si de diligenter perquiſita, fuerit dubium, utrum ſit infans baptizatus, vel ab obſtetrice, præſertim imperita aut ſuſpecta, ſub conditione baptizetur, dicendo:

N. Si es baptizatus, ego te non baptizo: Sed ſi non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine Patris ✠, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Deinde dicat Sacerdos hanc orationem.

Oremus.

DEus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu sancto, quiq; tibi dedit remissionem omnium peccatorum.

Et ungendo Chrismate infantem, in modum crucis in vertice, addat.

IPse te liniat Chrismate salutis, in eodem Christo Filio suo Domino nostro, in vitam æternam.

Tunc imponendo albam vestem capiti infantis, dicat:

N. Accipe vestem sanctam, candidam & immaculatam: quam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum.

Denique candelam ardendem applicet manui baptizati, dicens:

N. Accipe lampadem ardentem irreprehensibilem: custodi Baptismum tuum, ut cùm Dominus venerit ad nu-

ptias, poſſis occurrere ei, unà cum omnibus Sanctis in aula cœleſti, & vivas cum eo in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Baptiſmo ſic expleto, lavet Sacerdos ſupra pelvim manus cum ſale & aqua, præſertim verò pollicem, quo in unctionibus uſus eſt, tum etiam Patrinus: Lotionis verò aqua, in locum ſacrum effundatur.

MONITIONES.

SI contingat plures ſimul baptizari, (quod tamen extra neceſſitatem non fiat) in Orationibus & Exorciſmis ſingularis numerus mutetur in pluralem: Et ſi quidem maſculi fuerint, vel maſculi & puellæ, legantur Orationes & Exorciſmi maſculis deputati. Si autem puellæ & fœmellæ, Orationes & Exorciſmi fœminis deputati. Semper tamen ceremoniæ unctionum, Baptiſmi, & aliæ, ſingulis ſingulariter ſunt adminiſtrandæ, & à ſingulis interrogandum: An ab renuncient, credant, & baptizari velint? Et ſi

fortè is pro quo Baptiſmus petitur, per ætatem doctrinæ capax eſt, inſtruatur; nec antea admittatur ad Baptiſmum, quàm fidem proprio ore profiteri edoctus ſit, & ad omnes interrogationes pro ſe reſpondeat, niſi mortis periculum vetet dilationem fieri. Suſceptor tamen adhibendus eſt, non ut loco baptizandi fidem profiteatur, ſed ut eum moribus Chriſtianis imbuendum curet.

De Baptiſmo infantis, cujus ſubitæ, & inſtantis mortis timetur periculum.

Quòd ſi infanti immineat periculum mortis, pro ratione & qualitate Sacerdos prudenter aget, & poterit eſſe tantum periculum, ut expediat ſtatim procedere ad Baptiſmum, nullo alio præmiſſo, quàm interrogatione, num ſcilicet circa infantis Baptiſmum aliquid ſit attentatum, & tunc unà cum verbis his procedat etiam in aqua non conſecrata, ſi conſecrata ad manum non ſit.

N. Ego te Baptizo in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

Aſpergat caput pueri ter aqua, modo ſuperius explicato.

Si verò periculum non appareat tam magnum, poterit ante omnia, aliquot orationes ſuprà de ſcriptas præmittere, alijs omiſſis. Conveniet autem inprimis hanc dicere.

ÆTernam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, luminis ac veritatis auctor, ſuper hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) N. ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum (eam) & ſanctifica, & da ei ſcientiam veram, ut dignus (digna) efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, teneatque firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus (apta) ſit ad percipiendam gratiam Baptiſmi tui. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia, &c.

Deindè

Deindè addat hanc orationem.

MEdelam tuam deprecor Domine, ſanctè Pater omnipotens, æterne Deus, qui ſubvenis in periculis, qui temperas flagella dum verberas. Te ergò Domine ſupplicitèr exoramus, ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) eruas ab hac infirmitate, ut non prævaleat inimicus uſque ad animæ tentationem, ſed ſicut in Job, terminum ei pone, ne inimicus de anima iſta ſine redemptione Baptiſmatis incipiat triumphare. Differ Domine exitum mortis, & ſpatium vitæ extende, & revela quem (quam) redimere gloriaris, ut Baptiſmi ſit in illo (illa) palma, non mortis, ut glorioſum ſemper bajulet, quòd acceperit ſignum Crucis. Per Dominum, noſtrum, &c.

POſtea dicat: Nec te lateat Sathana. imminere tibi pœnas, imminere tormenta, imminere tibi diem judicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt, velut clibanus ardens, in quo tibi atq;

univerſis Angelis tuis æternus veniet interitus: & ideò pro tua nequitia damnate atque damnande, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Chriſto Filio ejus & Spiritui ſancto Paracleto, in cujus nomine atque virtute præcipio tibi, quicumque es, immunde ſpiritus, ut exeas & recedas ab hoc famulo (hac famula) Dei N. quem (quam) hodie idem Deus & Dominus noſter Jesus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque Baptiſmatis vocare dignatus eſt, ut fiat ejus templum, per aquam regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum, in nomine ejusdem Domini noſtri Jesu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Faciat deinde Crucem de ſputo ad nares & aures pueri, & dicat:

Ephetha quod eſt, adaperire, in odorem ſuavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Deindè procedat Sacerdos ad Catechiſmum, ut ſuprà dictum eſt, videlicet ad abrenunciationem Sathanæ, linitionem olei ſacri & Chriſmatis, cum interrogatione fidei, quæ (ſi imminens neceſſitas non permittat adhiberi omnia prædicta) ſola præcedant Baptiſmum.

Poſt hæc ſi nihil attentatum eſt circa Baptiſmum infantis, baptizet eum in modum ſequentem.

N. Ego te baptizo in nomine Patris, aſpergat ſemel aqua infantem in capite, & Filij, aſpergat ſecundò, & Spiritus ſancti, Amen, aſpergat tertiò.

Si verò intelligat aliquid eſſe attentatum circa infantem, utatur forma ſequenti.

N. Si baptizatus (baptizata) es, non te rebaptizo: Sed ſi non es baptizatus, (baptizata) ego te baptizo, in nomine Patris, aſpergat aqua caput in-

fantis. & Filij, aſpergat ſecundo. & Spiritus ſancti aſpergat tertiò.

Adverte hîc, quod ſi infans his peractis, ſupervivat, ſupplebuntur in Eccleſia per Sacerdotem, quæ propter neceſſitatem fuerant prætermiſſa. Hóc obſervato: ut quoties in ſupplendis orationibus, adjurationibus, ſeu exorciſmis, alijsvè lectionibus præſcriptis, fiat mentio doni ſeu gratiæ Baptiſmi, quæ infans jam baptizatus indubiæ recepit; referatur ad uberiorem Baptiſmatis gratiæ, aut doni effectum tota vita reliqua percipiendum. Quo modo etiam frequens ibi commemorata Sathanæ ejectio, fuga aut exitus referenda ſunt à Baptiſta, ad perfectiorem ejus paulatim ejectionem, ac pleniorem purgationem. Refert enim S. Auguſtinus, regenerationis gratiam, quæ per ſacrum lavacrum datur, uſque in finem vitæ, cuncta mala purgare & ſanare.

SEQVITVR ORDO OBSERVANDUS, CIRCA eos, qui in hæresi aut schismate, sine prævijs exorcismis, exsufflationibus, unctionibus, alijsque mysticis ritibus baptizati sunt.

EVenire solet, hæresis aut schismatis temporibus, ut ex veterum rituum fastidio, neglectis exorcismis & exsufflationibus, sivè unctionibus, alijsque mysticis ritibus (debita nihilominùs verborum forma servata) parvuli baptizentur, qui quidem sic baptizati, denuò rebaptizari non debent: Sed pijs interim & sedulis admonitionibus inducendi sunt, ne etiam illa omittant, quæ non sine gravissimis causis, nec sine maxima inde consequente utilitate, tanquam viva quædam fidei & pietatis incitamenta, huic Sacramento ab initio Ecclesiæ annexa sunt. Cùm itaque infantem sine hujusmodi unctionibus, & alijs mysticis ritibus baptizatum Catholico Sacerdoti

obtulerint Patrini ſeu ſuſceptores, ut omiſſos ritus in puero ſuppleat Sacerdos, eum nomine ſuo compellans, dextra ſua crucis ſignum fronti atque pectori pueri imprimens, dicet:

N. Accipe ſignaculum Crucis Chriſti, tam in fronte, ✠ quàm in corde. ✠ Tene fidem cœleſtium præceptorum, talis eſto moribus, ut templum Dei eſſe poſſis, receptusque (receptaque) in Eccleſiam Chriſti, evaſiſſe te laqueos Diaboli lætus (læta) agnoſcas. Horreſce idôla, reſpue ſimulacra, cole Deum Patrem omnipotentem, & Jesum Chriſtum Filium ejus. Qui cum eodem Patre in unitate Spiritus ſancti vivit & regnat Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Jesu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) quem (quam) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo (ab

ea) expelle. Disrumpe omnes laqueos Diaboli, quibus fuerat alligatus (alligata.) Aperi ei januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ imbutus (imbuta) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus (læta) tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (idonea) sit frui gratia Baptismi tui, quam percepit. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Hîc sacerdos de sale exorcizato mittat in os pueri, dicens:

N. Accipe sal sapientiæ, ut propitietur tibi Dominus in vitam æternam. Amen.

Oremus.

DEus Abraham, ✠ Deus Isaac, ✠ Deus Jacob, ✠ Deus qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de terra Ægypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte. Te quæsumus Domine, ut mittere digneris sanctum

Angelum tuum, ut ſimiliter cuſtodiat hunc famulum tuum, (hanc famulam tuam) ut teneat gratiam Baptiſmi tui, quam percepit. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

Æternam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne DEUS, luminis ac veritatis auctor, ſuper hunc famulum tuum, (hanc famulam tuam) ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ; munda eum (eam) & ſanctifica, & da ei ſcientiam veram, ut dignus (digna) ſit frui gratia Baptiſmi tui, quam percepit. Teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus (apta) ſit ad tenendam gratiam Baptiſmi tui. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti DEUS. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Hîc Sacerdos faciat crucem in fronte, ore & pectore pueri, dicens:

Sequentia S. Evangelij secundùm Marcum.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Offerebant JESU parvulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cùm videret JESUS, indignè tulit, & ait illis: Sinite parvulos venire ad me: & ne prohibueritis eos: talium est enim regnum DEI. Amen dico vobis: Quisquis non receperit regnum DEI, velut parvulus, non intrabit in illud: Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

Deindè Sacerdos ponens manum suam super caput pueri, oret pro eo, jubeatque susceptores similiter orare pro salute pueri, sed & ipse puer, si per ætatem valeat, ita dicat alta voce:

PAter noster, Ave Maria, & Symbolum fidei.

Posteà sumat Sacerdos de sputo suo, & tangat nares & auriculas pueri, ut suprà dictum, dicendo:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,

Ephetha, quod est adaperire.

Liniat sputum ad aures.

In odorem suavitatis. Tangat sputo nares.

His peractis, Sacerdos seriò erudiat puerum, quomodo olim in Baptismo ore suorum susceptorum abrenunciaverit Sathanæ, & omnibus pompis ejus, & fidem in Deum Patrem, & in Jesum Christum Filium ejus, & in Spiritum sanctum, disertè professus sit. Admoneatque eum ut sponsionem suam, quam Deo fecit, quæ procul dubio in cœlo consignata est, sollicitè servare & exsolvere procuret.

Post hanc admonitionem, denudentur pectus & scapulæ pueri, & accepto oleo Catechumenorum, faciat crucem in pectore ejus, dicens:

N. Ego te oleo ✠ salutis linio.

Deindè Sacerdos faciendo crucem inter ſcapulas, dicat:

IN Chriſto JESU ✠ Domino noſtro.

Deindè dicat hanc orationem.

DEUS omnipotens, Pater Domini noſtri JESU Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum.

Hìc faciat crucem de Chriſmate in vertíce pueri, ſubjungendo.

IPſe te liniat Chriſmate ſalutis, in Chriſto ✠ JESU Domino noſtro, in vitam æternam. Amen.

Tùm imponendo albam veſtem capiti pueri, dicat Sacerdos:

Accipe veſtem candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini noſtri JESU Chriſti, ut habeas vitam æternam, & vivas cum eo in ſæcula ſæculorum. Amen.

Poſtremo ponat Sacerdos cereum ardentem ad dexteram manum infantis, & eum nominando, dicat:

N. Accipe lampadem ardentem & irreprehenſibilem, & cuſtodi Baptiſmum tuum, ut cùm Dominus ad nuptias venerit, tu poſſis occurrere ei, unà cum omnibus Sanctis ejus in aula cœleſti, habeaſque vitam æternam, & vivas cum eo in ſæcula ſæculorum. Amen.

Vade in pace ✠ fides tua te ſalvum (ſalvam) fecit.

ORDO BAPTISMI ADULTORUM.

IN primis Sacerdos, paratis his quæ ſuprà de obſervandis in adminiſtratione Sacramenti Baptiſmi parvulorum dicuntur, indutus ſuperpelliceo & ſtolâ, vel etiam pluviali violacei coloris, cum ſuis Clericis accedit ad gradus altaris, &, genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum dignè valeat miniſtrare; &, ad implorandum divinum auxilium, ſurgens, ſe ſignat, &, ſi temporis ratio ferat, dicit:

DEus in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Poſteà incipiat, proſequentibus Clericis, Antiphon.

Effundam ſuper vos aquam mundam,

& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, dicit Dominus.

PSALMUS 8.

Domine Dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Quoniam elevata eſt magnificentia tua: ſuper cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, propter inimicos tuos: ut deſtruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas, quæ tu fundâſti.

Quid eſt homo, quod memores ejus? aut filius hominis quoniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs ab angelis: gloriâ & honore coronâſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi.

Volucres cœli, & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.

Domine Dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra!
Gloria Patri. &c. Sicut erat. &c.

PSALMUS 28.

AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.
Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in atrio ſancto ejus.
Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.
Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.
Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius unicornium.
Vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis deſertum: & commovebit Dominus deſertum Cades.
Vox Domini præparantis cervos, & re-

velabit condensa: & in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitate facit: & sedebit Dominus Rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

Gloria Patri. Sicut erat. &c.

PSALMUS 41.

QUemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie; Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domnm Dei.

In voce exultationis & confessionis: sonus epulantis.

Quare triſtis es, anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terrâ Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

Abyſſus Abyſſum invocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui: ſuper me tranſierunt.

In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, ſuſceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur oſſa mea: exprobraverũt mihi, qui tribulãt me, inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, Ubi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Gloria Patri. Sicut erat. &c.

Et repetitur Antiph. Effundam ſuper vos aquam mundam. Quâ repetitâ, dicitur: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis, in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia Majeſtatis adorare unitatem: quæſumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur adverſis.

Oratio.

Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus; &, quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu.

Oratio.

DA, quæſumus Domine, electo noſtro; ut, ſanctis edoctus myſterijs, & renovetur fonte Baptiſmatis, & inter Eccleſiæ tuæ membra numeretur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si plures fuerint baptizandi, hæc tertia Oratio dicatur in numero plurali.

Deinde Sacerdos procedit ad fores Eccleſiæ, & ſtat in limine, catechizandus verò extra limen. Et, ſi ſunt plures mares & fœminæ, illi ad dextèram Sacerdotis, hæ verò ad ſiniſtram ſtatuantur; & Sacerdos interrogat:

Quo nomine vocaris? Wie heiſſet dein Nahm? Catechumenus reſpondet: N.

Sacerdos: N. Quid petis ab Eccleſia Dei? Was begehreſt du von der Kirchen Gottes? ℟. Fidem. Den Glauben.

Sacerdos: Fides quid tibi præſtat? Was gibt dir der Glauben? ℟. Vitam æternam. Das ewige Leben.

Sacerdos: Si vis habere vitam æternam, ſerva mandata. Diliges Dominum

DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua; & proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Fides autem eſt, ut unum DEUM in Trinitate, & Trinitatem in unitate venereris, neque confundendo perſonas, neque ſubſtantiam ſeparando. Alia eſt enim perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti; ſed horum trium una eſt ſubſtantia, & non niſi una Divinitas.

Et rurſus inrerrogat: N. Abrenuntias Sathanæ? N. Widerſagſt du dem Teuffel? ℟. Abrenuntio. Ich widerſag.

Interrog: Et omnibus operibus ejus? Vnd allen ſeinen Wercken? ℟. Abrenuntio? Ich widerſag.

Interrog: Et omnibus pompis ejus? Vnd aller ſeiner Hoffart. ℟. Abrenuntio. Ich widerſag.

Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo fidei, dicens:

Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott Vatter Allmächtigen/ Schöpffer Himmels und der Erden?

℟. Credo. Ich glaub.

Interrog: Credis & in JEſum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, natum & paſſum?

Glaubſt du auch in JEſum Chriſtum/ ſeinen einigen Sohn/ unſern HErrn/ der geboren iſt/ und gelitten hat?

℟. Credo. Ich glaub.

Interrog: Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

Glaubſt du auch in den H. Geiſt/ eine heilige/ allgemeine/ Chriſtlich-Catholiſche Kirchen/ Gemeinſchafft der Heiligen/ Ablaß der Sünden/ Aufferſtehung des Fleiſches/ und ein ewiges Leben?

℟. Credo. Ich glaub.

Tunc Sacerdos exſufflat ter in faciem ejus, ſemel dicens:

Exi ab eo (ea) ſpiritus immunde, & da locum Spiritui ſancto Paracleto.

Hîc; in modum Crucis, halet in faciem ipſius; & dicat:

N. Accipe Spiritum bonum per iſtam inſufflationem, & Dei benedictionem ✠. Pax tibi. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Deinde facit Crucem cum pollice, in ejus fronte, & in pectore, dicens:

N. Accipe ſignum Crucis, tam in fronte ✠, quàm in corde ✠: ſume fidem cœleſtium præceptorum. Talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis: ingreſſusque (ingreſſaque) Eccleſiam Dei, evaſiſſe te laqueos mortis, lætus (læta) agnoſce; (horreſce idola, reſpue ſimulacra,) cole Deum Patrem omnipotentem, & Jesum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Hîc advertendum eſt, quòd dicta verba (horreſce idola, reſpue ſimulacra,)

dicantur Catechumeno, qui venit de Gentilitatis errore, ſeu de Ethnicis & Idololatris. Catechumeno verò Judæo, ſive ex Hebræis venienti, loco horum verborum dicatur, (horreſce Judaicam perfidiam, reſpue Hebraicam ſuperſtitionem.) Saraceno autem, vel Turcæ, aut Perſæ, ſive alij ex Mahumetanis ad fidem venienti Catechumeno, loco eorundem verborum dicatur, (horreſce Mahumeticam perfidiam, reſpue pravam ſectam infidelitatis.)

At hæretico, ad Catholicam Eccleſiam venienti, qui, ſi in ejus Baptiſmo debita forma ſervata non eſt, baptizari debet, dicatur, (horreſce hæreticam pravitatem, reſpue nefarias ſectas impiorum.) Vel exprimatur proprio nomine ſecta, de qua Catechumenus venit.

Si plures ſunt electi, omnia ſupradicta dicuntur ſigillatim ſuper ſingulos.

Oremus.

Te deprecor, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut huic

famulo

famulo tuo N. (famulæ tuæ N.) qui (quæ) in hujus ſæculi nocte vagatur incertus ac dubius, (incerta ac dubia) viam veritatis & agnitionis tuæ jubeas demonſtrari: quatenus, reſeratis oculis cordis ſui, te unum Deum, Patrem in Filio, & Filium in Patre cum Spiritu ſancto, recognoſcat, atque hujus confeſſionis fructum & hîc, & in futuro ſæculo percipere mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si plures fuerint, præcedens Oratio dicatur in numero plurali, & in genere ſuo.

Deinde ſignet illum ſigno Crucis cum pollice in fronte, dicens:

Signo tibi frontem ✠, ut ſuſcipias Crucem Domini.

In auribus. Signo tibi aures ✠, ut audias divina præcepta.

In oculis. Signo tibi oculos ✠, ut videas claritatem Dei.

In naribus. Signo tibi nares ✠, ut odorem ſuavitatis Chriſti ſentias.

In ore. Signo tibi os ✠, ut loquaris verba vitæ.

In pectore. Signo tibi pectus ✠, ut credas in Deum.

In ſcapulis. Signo tibi ſcapulas ✠, ut ſuſcipias jugum ſervitutis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit ſignum Crucis, & dicit:

Signo te totum, in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ſancti ✠, ut habeas vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi, & hunc electum tuum N. (electam tuam N.) Crucis Dominicæ, cujus impreſſione eum (eam) ſignamus, virtute cuſtodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Oremus.

Deus, qui humani generis ita es conditor, ut ſis etiam reformator; propitiare populis adoptivis, & novo teſtamento ſobolem novæ prolis adſcribe, ut filij promiſſionis, quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟ Amen.

Tunc imponit manum ſuper caput electi, & dicit:

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Jesu Chriſti, reſpicere digneris ſuper hunc famulum tuum N. quem (hanc famulam tuam N. quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab eo (ea) expelle, diſrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat colligatus: (colligata:) aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut, ſigno ſapientiæ tuæ imbutus, (imbuta,) omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuavem odorem præ-

ceptorum tuorum, lætus (læta) tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (idonea) efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, perceptâ medicinâ. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si plures ſint, hæc & præcedens Oratio: Preces noſtras, dicantur in numero plurali.

Tunc pollice & indice accipit de ſale benedicto, & immittit in os Catechumeni, dicens: N. Accipe ſal ſapientiæ; propitiatio tibi ſit in vitam æternam.

℟. Amen.

Sacerdos: Pax tibi. ℟. Et cum ſpiritu (tuo

Oremus.

DEus patrum noſtrorum, Deus univerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) reſpicere digneris propitius, &, hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutiùs eſurire permittas, quò minus cibo expleatur cœleſti; quatenus ſit ſemper ſpiritu fer-

vens,

vens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum (eam) Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut, cum fidelibus tuis, promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si plures sint, dicatur singulis: N. Accipe sal, &c. & præcedens Oratio, Deus patrum nostrorum, in numero plurali.

Quòd si Catechumenus fuerit Gentilis, seu ex Idololatris venerit ad fidem; benedicto sale, priúsquàm ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, dicens:

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, qui eras, & qui permanes usque in finem; cujus origo nescitur, nec finis comprehendi potest: te supplices invocamus super hunc famulum tuum N. quem (hanc famulam tuam N. quam) liberâsti de errore gentilium, & conversatione turpissima: di-

gnare exaudire eum, qui (eam, quæ) tibi cervices ſuas humiliat ad lavacri fontem, ut, renatus (renata) ex aqua & Spiritu ſancto, exſpoliatus (exſpoliata) veterem hominem, induat novum, qui ſecundùm te creatus eſt; accipiat veſtem incorruptam & immaculatam, tibíque Deo noſtro ſervire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si plures ſint, præcedens Oratio dicatur in numero plurali. Deinde Sacerdos dicat ſuper maſculum tantùm:

Ora Electe, flecte genua, & dic, Pater noſter. Si neſciat Latinam: Außerwehlter/ knye nider / vnd bette das heilig Vatter vnſer. Et Electus genuflexo orat, & dicit: Pater noſter. Et, cùm oraverit, & dixerit, Pater noſter, uſque ad, Sed libera nos à malo, incluſivè; Sacerdos ſubjungit: Leva, comple orationem tuam, & dic, Amen. Stehe auff/ vollende dein Gebett/ vnd ſprich: Amen. Et ille reſpondet, Amen. Et Sacerdos dicit Patrino: Signa eum. Bezeichnet jhne mit dem H. Creutz. Deinde

Electo: Accede. Komme herbey. Et Patrinus pollice signat eum in fronte, dicens: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Im Nahmen Gottes des Vatters/ vnd des Sohns / vnd des Heiligen Geistes. Tum quoque Sacerdos facit Crucem in fronte ejus, ita dicendo: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Et imponit manum super eum, & dicit:

Oremus.

DEus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob; Deus, qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israël de terra Ægypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte: te quæsumus, Domine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui similiter custodiat & hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) & perducat eum (eam) ad gratiam Baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

EXORCISMUS.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto: & recede ab hoc famulo Dei N. (hac famula Dei N.) quia istum (istam) sibi Deus & Dominus noster Jesus Christus, ad suam sanctam gratiam fontemque Baptismatis, vocare dignatus est: & hoc signum sanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

℟. Amen.

Sed, si plures sint Catechumeni, hîc, & in sequentibus, Sacerdos dicat in numero plurali: Orate Electi, flectite genua, &c. ut suprà fol. 64. usq; ad finem præcedentis Exorcismi, qui incipit: Ergo maledicte diabole.

Item super unum secundò dicat: Ora Electe, flecte genua, & dic, Pater noster.

Et reliqua ut suprà usque ad Orationem, Deus Abraham. exclusivè.

Deinde imponit manum super eum, ac dicit:

Oremus.

Deus, immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum; te invoco super hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N. quæ) Baptismi tui donum petens, æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum (eam) Domine; &, quia dignatus es dicere, Petite & accipietis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis; petenti præmium porrige, & januam pande pulsanti, ut æternam cœlestis lavacri benedictionem consecutus (consecuta) promissa tui muneris regna percipiat. Qui cum Patre, & Spiritu sancto, vivis & regnas Deus in sæcula seculorum.

Resp. Amen.

EXORCISMUS.

Audi, malediƈte Sathana, adjuratus per nomen æterni DEI & Salvatoris noſtri JESU Chriſti, Filij ejus; cum tuâ viƈtus invidiâ tremens geménſque diſcede; nihil tibi ſit commune cum ſervo (ſervâ) DEI N. jam cœleſtia cogitante, renunciaturo (renunciaturâ) tibi, & ſæculo tuo, & beatæ immortalitati viƈturo. (viƈturâ.) Da igitur honorem advenienti Spiritui ſanƈto, qui, ex ſumma cœli arce deſcendens, proturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgatum peƈtus, ſanƈtificatum Deo templum & habitaculum perficiat, ut ab omnibus penitus noxijs præteritorum criminum liberatus ſervus DEI, (liberata famula DEI,) gratias perenni DEO referat ſemper, & benedicat nomen ſanƈtum ejus in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Item, ſuper unum maſculum, tertiò dicat, ut ſuprà fol. 64. Ora Eleƈte, fleƈte genua, & dic, Pater noſter, &c. uſque ad Orationem, DEUS Abraham, excluſivè.

ſivè. Deinde ponit manum ſuper eum, dicens:

EXORCISMUS.

Exorcizo te, immunde ſpiritus, in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti, ut exeas & recedas ab hoc famulo DEI: ipſe enim tibi imperat, maledicte diabole atque damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

EXORCISMUS.

Ergo maledicte diabole, &c. & repetit totum, ut ſuprà fol.66. habetur. Super fœminam verò Sacerdos dicit: Ora Electa, flecte genua, & dic, Pater noſter, &c. ut ſuprà fol.64. uſque ad Orationem, DEUS Abraham, excluſivè. Deinde imponit manum ſuper eam, & dicit:

Oremus.

DEUS cœli, DEUS Terræ, DEUS Angelorum, Deus Archangelorum, DEUS Patriarcharum, DEUS Prophetarum, DEUS Apoſtolorum, DEUS Martyrum, DEUS Confeſſorum, DEUS Virginum,

Deus omnium bene viventium, Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu fle-ctitur, cœleſtium, terreſtrium, & infer-norum: te invoco, Domine, ſuper hanc famulam tuam N. ut eam cuſtodire, & perducere digneris ad gratiam Baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde dicatur Exorciſmus: Ergo male-dicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, &c. ut ſuprà fol. 66.

Si plures fuerint fœminæ Catechume-næ, hîc & in ſequentibus Sacerdos dicat in numero plurali: Orate Electæ, flecti-te genua, & dicite, Pater noſter. & reli-qua, ut ſuprà fol. 64. uſque ad Orationem, Deus Abraham. excluſivè.

Deinde imponit manum ſuper capita ſingularum, & poſteà in eodem numero plurali dicit Orationem, Deus cœli, Deus terræ, &c. fol. 69. & Exorciſmum, Ergo maledicte diabole, &c. ut ſub f. 66.

Interim ſuper unam tantùm, ſecundò & tertiò repetit: Ora Electa, flecte ge-

nua,

nua, & dic, Pater noster. & reliqua ut suprà fol. 64. usque ad finem Orationis Deus Abraham.

Quâ finitâ, imponit manum super caput ejus, & post tertiam signationem dicit:

EXORCISMUS.

Exorcizo te, immunde spiritus, per Deum Patrem ✠, & Filium ✠, & Spiritum ✠ sanctum, ut exeas, & recedas ab hac famula Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento sucitavit. Ergo maledicte diabole, &c. totum ut suprà fol. 66.

Super utrumque, sive masculum, sive fœminam, imponit manum super caput ejus, & dicit:

Oremus.

Æternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum N. (famulam tuam N.) ut digneris eum (eam) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: mun-

da eum (eam,) & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut dignus (digna) efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui, teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus (apta) ſit ad percipiendam gratiam tuam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Si plures fuerint Electi, ſive mares ſive fœminæ, præcedentes Orationes & Exorciſmi dicantur in numero plurali, & in genere proprio, ut ſuperiùs dictum eſt.

His peractis, Sacerdos, Electo porrigens extremam partem ſtolæ, introducit eum in Eccleſiam, dicens:

N. Ingredere in ſanctam Eccleſiam Dei, ut accipias benedictionem cœleſtem à Domino Jesu Chriſto, & habeas partem cum illo & Sanctis ejus. ℟. Amen.

Si plures fuerint, dicat in numero plurali: Ingredimini in ſanctam Eccleſiam Dei, &c. Et introducat eos, ut ſuprà.

Et ingreſſus Electus, procumbit ſeu poſternit ſe in pavimento, & adorat.

Deinde ſurgit, & Sacerdos imponit

manum ſuper caput ejus, & Electus cum eo recitat Symbolum Apoſtolorum & Orationem Dominicam.

Ita etiam, ſi plures fuerint, omnes ſurgunt, & ſimul recitant:

Credo in Deum. Pater noſter. &c. Et, pro ignorantibus linguam Latinam, Germanicè

Tunc rurſus Sacerdos imponat manum ſuper caput Electi, & dicat:

EXORCISMUS.

NEC te latet, Sathana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem judicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens, in quo tibi atque univerſis angelis tuis præparatus ſempiternus erit interitus. Proinde, damnate atque damnande, da honorem DEO vivo & vero, da honorem JESU Chriſto, Filio ejus, da honorem Spiritui ſancto Paracleto, in cujus nomine atque virtute, præcipio tibi, quicumque es, ſpiritus immunde, ut exeas & recedas ab hoc fa-

mulo Dei N. (hac famulâ Dei N.) quem (quam) hodie idem Deus & Dominus noſter Jesus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontémque baptiſmatis, dono vocare dignatus eſt, ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum. In nomine ejuſdem Domini noſtri Jesu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Similiter, ſi plures fuerint, imponit manum ſuper capita ſingulorum, & dicit eundem Exorciſmum in numero multitudinis, & genere ſuo.

Poſteà Sacerdos pollice accipit de ſaliva oris ſui, & tangit aures & nares Electi; tangendo verò aurem dexteram & ſiniſtram, dicat:

Ephetha, quod eſt, adaperire. Deinde tangendo nares, dicat: In odorem ſuavitatis, & ſubdit: Tu autem effugare, diabole; appropinquabit enim judicium Dei.

Deinde interroget Electum: Qui vocaris? Wie heissest du? Et ille respondet: N.

Interrog. N. Abrenuncias Sathanæ: N. Widersagst du dem Teuffel? ℟. Abrenuncio. Ich widersag.

Interrog. Et omnibus operibus ejus? Vnd allen seinen Wercken? ℟. Abrenuncio. Ich widersag.

Interrog. Et omnibus pompis ejus? Vnd aller seiner Hoffart? ℟. Abrenuncio. Ich widersag.

Tunc Sacerdos intingit pollicem dextræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, & inungit electum, primùm in pectore, deinde inter scapulas, in modum Crucis, dicens: Ego te linio ✠ Oleo salutis in Christo ✠ Jesu Domino nostro, in vitam æternam. ℟. Amen. Tum: Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo. Mox bombacio, vel re simili, tergit pollicem, & loca inuncta; & subjungit, dicens: Exi, immunde spiritus, & da honorem Deo vivo & vero. Fuge, immunde spiritus, & da locum Jesu Christo, Filio ejus. Recede,

immunde ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto Paracleto.

Quando plures ſunt Electi, idem fit circa ſingulos eorum. Et ducitur Electus ad Baptiſterium: ubi ſi ob aliquam cauſam non habeatur ſive præparata non fuerit aqua baptiſmalis, fiat benedictio fontis, ut infrà ponitur: &, cùm fuerit propè fontem, Sacerdos, depoſitâ violaceâ & aſſumptâ albi coloris ſtolâ interrogat:

Qui vocaris? Wie heiſſeſt du?

Reſpondet: N.

Interrog: N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ?

R. Glaubſt du in Gott Vatter Allmächtigen/ Schöpffer Himmels und der Erden?

℟. Credo. Ich glaub.

Interrog. Credis & in Jesum Chriſtum, Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, natum, & paſſum?

R. Glaubſt du auch in JEſum Chriſtum/ ſeinen einigen Sohn/ unſern HErrn/ der geboren iſt und gelitten hat? ℟. Credo. Ich glaub.

Interrog. Credis & in Spiritum ſanctum,

ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam?

N. Glaubſt du auch in den heiligen Geiſt/ ein heilige allgemeine Chriſtliche Catholiſche Kirchen/ Gemeinſchafft der Heiligen/ Ablaß der Sünden/ Aufferſtehung des Fleiſches/ vnd ein ewiges Leben? ℟. Credo. Ich glaub.

Iterum interrogat, dicens: N. Quid petis? N. Was begehrſt du? ℟. Baptiſmum. Den H. Tauff.

Interrog. N. Vis baptizari? N. Wilſt du getaufft werden? ℟. Volo. Ich wil.

Tunc Patrino, vel Matrinâ, vel utroque (ſi ambo admittuntur,) admotâ manu, tenente ſeu tangente Electum, vel Electam, aperto capite & laxatis à collo veſtibus inclinatum; Sacerdos vaſculo ſeu urceolo haurit aquam Baptiſmalem de Fonte, & cum ea, ſub trinâ ſuper caput in modum Crucis infuſione, baptizet Electum, ſeu Electam, in nomine SS. Trinitatis, ſic dicens:

N. Ego te baptizo in nomine Patris ✠, fundat primò; & Filij ✠, fundat ſecundo; & Spiritus ✠ ſancti, fundat tertio. ℟. Amen.

Si aqua, quæ ex capite Baptizati defluit, non dilabitur in Sacrarium Baptiſterij, recipiatur in ſubjecta aliqua pelvi, & in illud poſtmodum projiciatur. Cùm plures ſunt Electi, ſigillatim ſinguli interrogantur, & baptizantur, ut ſuprà: ſi ſunt mares & fœminæ, primùm mares, deinde fœminæ. Verùm, ſi probabiliter dubitetur, an Electus fuerit aliàs baptizatus, dicat Sacerdos:

Si non es baptizatus, (baptizata) ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus ✠ ſancti.

Deinde Sacerdos intingat pollicem dexterum in ſacrum Chriſma, & perungat verticem Electi in modum Crucis, dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Jesu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu ſancto, quíque dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum,

ipſe te liniat Chriſmate ſalutis ✠ in eodem Chriſto JESU Domino noſtro, in vitam æternam. ℟. Amen. ℣. Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Tunc bombacio, vel re ſimili, pollicem tergit; & imponit capiti Electi Chriſmale, ſeu candidum linteolum, & dat illi veſtem candidam, dicens:

Accipe, veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut habeas vitam æternam. ℟. Amen.

Et Electus deponit priores veſtes, & induitur novis albi coloris, vel ſaltem exteriore candidâ, quam à Sacerdote accepit. Poſteà dat ei Sacerdos cereum ſeu candelam accenſam in manu dexterâ, dicens:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptiſmum tuum, ſerva Dei mandata, ut, cùm Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei in aula cœleſti, in vitam æternam. ℟. Amē.

Ipſe verò Neophytus eundem cereum

accen-

accensum manibus teneat usq; in finem, præterquam dum Confirmatur.

Posteà dicat: N. Vade in pace; & Dominus sit tecum. ℟. Amen.

Si adsit Episcopus, qui id legitimè præstare possit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initiantur: deinde, si hora congruens fuerit, celebratur Missa; cui Neophyti intersunt, & sanctissimam Eucharistiam devotè suscipiunt.

ORDO INTRODVCENDI MULIEREM IN ECCLESIAM POST PARTVM.

QUando mulier, post partum expleto certo dierum numero, ad Ecclesiam, ut moris est, purificanda accedit: Sacerdos indutus superpelliceo & stola, adiens ad ostium templi, ita dicat.

℣. Adjutorium nostrũ in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.

PSALMUS 120.

LEvavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit: neq; dormiet qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in sæculum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Deinde Parochus ad mulierem conversus.

℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Esto illi Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne DEUS, Pater Domini nostri JESU Christi: benedicere digneris hanc famulam tuam, quæ ad imitationem sanctissimæ Virginis Mariæ, sese cum gratiarum actione, purificandam in templo exhibet: & concede propitiùs, ut sicut ei prolis fœcunditatem, & vires templum tuum ingrediendi contulisti, ita per intercessionem ejusdem immaculatæ Virginis, ab omni mentis & corporis contagio liberatam, ad sancta sanctorum pura facias mente ac-

cedere, & post finem præsentis vitæ templum cœleste introire. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Posteà dicat:

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Benedictio Dei Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus sancti ✠ descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen.

Deinde aspergatur mulier, candelam accensam habens, aqua benedicta, & dicat Sacerdos:

Aspergat te Deus rore gratiæ suæ in vitam æternam. ℟. Amen.

Porrecta denique stola ex collo dependente manui ejus, introducat eam dicens:

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in sæculum. Ingredere in templum Domini, ut habeas vitam æternam. Amen.

Si contigerit mulierem adversa valetudine certo tempore à purificatione impediri, differatur purificatio donec ut cumque restituta, in Ecclesiam ingredi

possit; etiam si mortis immineat periculum, quia purificatio extra Ecclesiam facienda non est, neque substituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS, QUOD à PArochis populo proponendum.

COllatio Sacramenti hujus jure divino ad Episcopum spectat, & idcircò ratio illud conferendi peti debet ex Pontificali. Parochi autem officium est, eos, quorum curam habet, admonere, ut post Baptismum ad hoc Sacramentum festinent, quo plenè Christiani inveniantur, & corda eorum, ad illud robur, dilatentur: Unde hoc Sacramentum vernacula lingua Firmung vocatur. Quod ut præstent, congruum fuerit, ut coram populo ad hoc Sacramentum suscipiendum congregato, exhortationis sermo-

nem

nem habeat, quo hujus Sacramenti gratiam commendet; & ceremonias externas explicet, juxta formulam in Catechiſmo Concilij Tridentini traditam.

1. Quamvis non ſemper certam ætatem, & annos, quos vocant diſcretionis, in pueris expectare debeamus ad hujus Sacramenti ſuſceptionem; ut tamen certi aliquid vulgò præfixum habeatur, commodum erit, ſi non ante ſeptennium (niſi fortè malitia præveniat ætatem) quis ad ſacrum hoc dominicum ſigillum, ſiſtatur.

2. Cum ad Confirmationem eſt accedendum, præcipuè adulti (ſi fieri poſſit) jejuni, atque à peccatorum ſordibus, per Confeſſionem purgati, ut mundi ampliſſima Spiritus ſancti dona accipere queant.

3. Quòd ſi quis ſemel fuit confirmatus, confirmari iterum non debet. Confirmandus autem unum ſibi tantùm deligat Patrinum, alium ab eo, à quo è Baptiſmo ſuſceptus fuerat. Si tamen ita neceſſitas cogeret, idem tam in Baptiſmo, quàm in confirmatione Patrinus eſſe poteſt.

4. In hoc Confirmationis Sacramento, non poteſt alium ſuſcipere in filiolum, qui ipſe confirmatus non eſt : aut qui qualitatibus illis impeditur, qui in quinto Baptiſmi canone exprimuntur.

5. Cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusq; patrem & matrem ac tenentem non egreditur: omnibus inter alias perſonas, hujus ſpiritualis cognationis impedimentis omninò ſublatis.

6. Sciant confirmati frontem ſuam faſcia munda triduo debere eſſe alligatam ob reverentiam ſacri Chriſmatis: quo peracto, faſcia per Sacerdotem deponatur, & conſervetur in ſacrario aut alio honeſto loco comburenda ad cineris ſacros in diem Cinerum Quadrageſimæ. Et meminerint hoc frontis velum, ſicut & myſticam alapam, ſymbola eſſe, animi ad omnia opprobria & adverſa parati, pro nomine Chriſti, cujus facies velata eſt, & alapis cæſa.

7. Qui baptizatum Epiſcopo ad hoc Sa-

cramentum ſiſtunt, moneantur, ut monitoris & Ducis militiæ ſacræ vices ſubeant: Is autem qui ſiſtitur Chriſtianus, ſciatita ſe perfectionem per gratiam Spiritus ſancti aſſequutum; ut tamen non ſibi fidat, ſed aliorum provectiorum conſilia libenter audiat & amplectatur, ad bonum fidei certamen certandum.

8. Præmoneat Parochus conſignandos, ut à loco ſigilli ſacri non recedant, niſi ultima Epiſcopi benedictione percepta.

De alligatione faſciæ, poſt triduum, deponendæ.

Accepto Confirmationis Sacramento, ligatura, ob ſacri Chriſmatis reverentiam, non ſtatim deponatur, ſed in tertium uſque diem geſtetur, ac tunc confirmatus per Patrinum, vel alium quempiam in fronte abluatur hoc modo. Fundat Patrinus, vel alius aquam in pelvim: Et ſi Sacerdos ſit, dicat ſequentia.

℣. Adjutorium noſtrũ in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Hinc mittat fasciam, qua frons fuit ligata in aquam, & hujusmodi madida fascia frontem confirmati lavet, adhibitoq; modico sale & faciendo crucem, ita dicat:

AB omni immunditia mentis & corporis, mundet te Dominus noster JESUS Christus, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen.

Deinde addat:

CHrismatis ablutio sit tibi omnium peccatorum tuorum remissio, ut habeas vitam æternam in Christo JESU Domino nostro. Amen. Pax ✠ tecum. Vade in pace. Amen.

Facta ablutione, mittatur aqua ablutionis in cæmiterium, vel supra ossa mortuorum, aut si id non licet, in profluentem. Cavendum autem est ne in sterquilinium, vel in cœnum, aut alium immundum locum effundatur hæc aqua, ob sacri Chrismatis reverentiam.

In gratiam laicorum, aut Latinè ignorantium, de hac Chrifmatis ablutione fequentia fubjunguntur.

ERftlich ſoll der Firmb-Gött ein friſch reines Brunnen Waſſer / es ſey kalt oder warm / in ein rein Becken/oder ſonſt in ein ſauber Geſchirr gieſſen/ vnd dann die Binden / damit dem Gefirmbten die Stirn gebunden geweſt/ aufflöſen/ vnd in das Waſſer tauchen / darnach die naß Binden ein wenig außtruken / vnd dem Gefirmbten ein Creutz damit an die Stirn / da der Biſchoff den Chriſamb hingeſtrichen/machen vnd ſprechen: Im Namen Gott des Vatters/vnd des Sohns ✠ vnd des Heiligen Geiſts / Amen. GOtt der Himliſch Vatter wölle dich reinigen von aller Vnreinigkeit der Seelen vnd des Leibes / auff daß du haben mögeſt das ewige Leben/ durch CHriſtum JEſum/ Amen. Nach dem die Abwaſchung der Firmung alſo beſchehen/ſoll das Waſſer auff ein Kirchhof/oder in ein Beinhauß geſchütt werden / Wo aber deren keins vorhanden/ ſoll man es in ein flieſſendt Waſſer außgieſſen / vnd nit etwa auff ein Miſt / oder ſonſten an ein vnreinen Orth / vnd diß von wegen der Würdigket des heiligen Chriſambs.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Canones administrationis Sacramenti Pœnitentiæ.

I. MInister hujus Sacramenti Pœnitentiæ est Sacerdos; ordinariam, aut delegatam jurisdictionem habens: quamquam si grave periculum mortis immineat, quilibet Sacerdos potest à quibuscunque censuris & peccatis absolvere: quia in articulo mortis nulla censura, aut peccatum, est reservatum. Extra quem articulum, Sacerdotes, cùm nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut ad superiores legitimos judices, pro beneficio absolutionis recedant.

Qui excommunicatus est, non debet absolvi à peccatis priusquam sit absolutus ab excommunicatione. Et à minori quidem excommunicatione absolvere potest, qui potest absolvere à peccatis;

liga-

ligatum verò majori excommunicatione, à qua Sacerdos non habet abſolvendi poteſtatem, vel remittat ad Superiorem, vel ipſe ab eo impetret abſolvendi facultatem.

3. Si quis abſolvitur ab excommunicatione, à Judice lata, ob mortis imminentis periculum, aut ob aliud impedimentum legitimum, ab eo, qui aliàs abſolvere eum non poterat: moneat Sacerdos abſolutum, ut ceſſante poſteà periculo, vel impedimento hujuſmodi, ei, à quo jure poterat abſolvi, quam citò commodè poterit, ſe præſentet.

4. Cùm Parochus alteri Sacerdoti committit vices ſuas, quòd attinet ad abſolutionem peccatorum, cenſetur duntaxat commiſiſſe, quod ipſe poteſt ex ordinaria poteſtate: non autem quod poteſt ex delegatione Superioris.

5. Si quis fuerit per Judicem excommunicatus & denuntiatus: remittendus eſt ad eum, ut abſolvatur in foro exteriori; quamvis in foro conſcientiæ poſſit abſol-

vi per alium habentem facultates, quæ concedi ſolent cum ſatisfactione, vel conſenſu partis.

6. Quòd ſi pars contradicat, qui paratus eſt facere, quòd in ipſo eſt, abſolvi poteſt in hoc foro conſcientiæ.

7. Caveat Sacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quovis modo prodat peccatorem, quin omnia peccata, quæ in confeſſione audivit perpetuo & religioſo ſilentio comprehenſa tenebit, niſi eadem extra confeſſionem audiverit.

8. Reliqua, quæ ſpectant ad confeſſionem ritè excipiendam, & officium confeſſarij, quære circa finem, in Tractatu Joannis Polanci, Societatis JEſu presbyteri.

RATIO SERVANDA IN CONFESSIONE PŒNItentiali, & forma Abſolutionis.

SACERDOS confeſſiones auditurus, tanquam Judex, ſedeat indutus ſuperpelliceo, & ſtola, idque in aperto tem-

pli loco, ut ab omnibus videri poſſit: undè ſi tenebræ ſint, etiam lumen habeat apud ſe, ad tollendam omnem ſuſpicionem. Confeſſurus autem, Sacerdotem accedens, utrumq; genu coram eo, tanquam Chriſti vicario, flectat, & ſic ſe collocet, ut ejus faciem non aſpiciat Sacerdos, potiſſimum ſi mulier ſit, ſed averſo pauliſper vultu, auribus ejus ſe præbeat, dicatque primum.

Benedicite, aut potiùs, BenedicDomine.

Tunc ſubjungat Sacerdos.

Dominus ſit in corde tuo, & in labijs tuis, ad dignè confitendum peccata tua, in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti.

Quo dicto, Sacerdos pœnitentem patienter ſua enumerantem peccata, ſine interruptione audiat, uſque ad finem. Et ſi taceat, aut interrogari petat, ipſum ad peccatorum ſuorum explicationem moveat & inducat, ſuggerendo, illud demùm eſſe verè confiteri peccata ſua, & neminem melius noſſe peccata ſua, quàm

eum, qui commisit. Si autem Sacerdos post hujusmodi monitionem confitentem viderit adhuc nimis timidum, vel minùs aptum ad propria sua peccata explicanda, juvabit eum, & examinabit, juxta ejus conditionis exigentiam. Ubi autem confitens cessaverit narrare, quæ admisisse se putat admonebit illum Sacerdos, si viderit expedire, ut bene ponderet gravitatem, multitudinem, & assiduitatem suorum peccatorum, ut seriò detestetur suas iniquitates, ad quam detestationem ingerendam, proponat etiam ei suam in Deum ingratitudinem, ac metuendum Dei judicium. Si autem illum ex corde pœnitere perspexerit, consolabitur eum, ostendendo infinitam Dei misericordiam atq; veracitatem in promissis, nec non pretiosissimi sanguinis Christi efficaciam. Deindè pœnitentem monebit, ut vitam ac mores in meliùs commutet, ac voluntariè pro peccatis satisfaciat.

Postremò. Cùm Sacerdos pœnitentis confessionem audierit, & de peccatis

ipsius

ipſius diligenter cognoverit: pro delictorum gravitate & quantitate, ſalutarem ei Pœnitentiam imponat, commendans ei opera pietatis & miſericodiæ: ut orationes & eleemoſynas, jejunia & pias circa paſſionem Domini meditationes. Et quoniam infirmitas hominum jam non patitur, ut condignæ eis Pœnitentiæ, juxta veteris Eccleſiæ diſciplinam, imponantur: (ad quam tamen, quantum fieri poteſt, redeundum eſt) exponatur pœnitenti gravitas Pœnitentiæ peccatis ejus debitæ, quodque ad eam, utcunq; exſolvendam expediat, eum frequenter ad paſſionem Domini, & Sanctorum merita recurrere, petendo ab eis, ſibi ſuppleri à Deo, quod ſuæ infirmitati deeſt. Item, ut omnes ſuos labores, atque adverſitatem hujus vitæ, patienter ſuſcipiat in pœnitentiam ſuorum peccatorum. Undè etiam Sacerdos eundem abſoluturus, primum dicat:

MIſereatur tui omnipotens DEUS, &

dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te in vitam æternam. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericos Dominus. Amen.

Poſteà pro abſolutione dicat:

Dominus noſter Jesus Chriſtus te abſolvat, & ego auctoritate ipſius, mihi licet indigno conceſſa, abſolvo te inprimis ab omni vinculo excommunicationis, in quantum poſſum, & indiges: Deinde ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Poſteà ſubjungat.

Paſſio Domini noſtri Jesu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem omnium peccatorum tuorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

Et dimittens confeſſum, dicat:

Joann. 5.

Ecce jam ſanus factus es, noli ampliùs peccare, ne tibi aliquid deterius contingat. Vade in pace.

Caveat autem ne pluribus verbis utatur in impendenda abſolutione dicendo: Abſolvo te à confeſſis, contritis & oblitis: quoniam hæc verba non ſunt de formæ abſolvendi neceſſitate: & convenit Sacramentorum formas eſſe ſimpliciſſimas, nec continere aliquid ſuperfluum. Conveniens autem eſt, quamvis non omninò ſit neceſſarium, ut abſolvens manum ſuam imponat capiti pœnitentis: quoniam inter cæteras impoſitionis manuum obſervationes, vetus Eccleſia impoſitione manuum uti ſolet, in abſolutione pœnitentium.

Si excommunicationi confitens ſit innodatus, ſivè à jure ſit lata, ſivè ab homine (cum omnis excommunicatio major, ut plurimum, ſit caſus vel Papalis, vel ſal-

tem Episcopalis) nullus Sacerdos ab ea, sine mandato speciali sui Superioris aliquem absolvere præsumat, nisi confitens sit in periculo mortis: Immò nec à peccatis ejus, priusquam illum ad Superiorem remiserit, & ab illo absolutionem obtinuerit. Si confitens, ob periculum mortis, ab excommunicatione majore, à proprio Sacerdote sit absolutus, & revalescat: debet se illi, qui potestatem absolvendi ab excommunicatione habet præsentare, ejusque arbitrio se submittere: Atque hoc se facturum, dum à proprio Sacerdote absolvitur, in periculo mortis constituto, promittere tenetur.

Forma absolutionis, ab Excommunicatione majori in foro conscientiæ.

Dominus noster JESUS Christus, per suam pijssimam misericordiam, dignetur te absolvere, & ego auctoritate N. mihi concessâ, absolvo te inprimis à vinculo excommunicationis majoris, quam incidisti propter hanc vel illam causam, & restituo te sanctis Sacramen-

tis Eccleſiæ, communioni & unitati fidelium. Deinde eâdem auctoritate abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

SEQUUNTUR ALIÆ ABSOLUTIONES à VARIIS CENSURIS ECCLESIASTICIS.

Abſolutio ab Interdicto.

Ego abſolvo te à vinculo interdicti propter N. (*hic exprimendum eſt delictum, propter quod interdictum incurrit*) in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Abſolutio à ſuſpenſione Ordinis.

Ego abſolvo te à vinculo ſuſpenſionis Ordinis, quod incurriſti propter N. (*exprimatur rurſum delictum*) & reſtituo te executioni Ordinum, in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Abſolutio à ſuſpenſione Jurisdictionis ſeu officij.

Ego abſolvo te à vinculo ſuſpenſionis jurisdictionis, quod incurriſti propter N.

(exprimatur rurſum delictum) & reſtituo te executioni officiorum tuorum: in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Abſolutio à ſuſpenſione Ordinis, ſimul & Jurisdictionis.

EGO abſolvo te à vinculo ſuſpenſionis Ordinis & Jurisdictionis, quod incurriſti propter N. vel N. & reſtituo te executioni Ordinum & officiorum tuorum: in nomine Patris, &c.

Abſolutio ab Irregularitate.

EGO auctoritate ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ (vel auctoritate privilegij tibi conceſſi, & mihi exhibiti) diſpenſo tecum ſuper irregularitate (vel irregularitatibus) quam (vel quas) contraxiſti propter N. vel N. & habilito te executioni ſacrorum Ordinum, in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

Abſolutio generalis tempore Jubilæi ſeu plenariæ Indulgentiæ.

DOminus noſter JESUS Chriſtus dignetur te abſolvere, & ego auctoritate ejusdem, ac Domini noſtri Papæ N.

quà in hac parte fungor, abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quod horum quomodocunque contraxiſti, & reſtituo te ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, communioni & unitati fidelium. Deindè eâdem auctoritate abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ſancti. Amen.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

Canones adminiſtrationis Sacramenti Euchariſtiæ.

1. OMNIS utriusq; ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua, ſolus, peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno, proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reverenter, ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi fortè de conſilio proprij Sacerdotis, ob

aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Undè hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur, ne quiſpiam ignorantiæ cæcitate, velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem, alieno Sacerdoti, voluerit, juſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat à proprio Sacerdote, cum aliter ille ipſum non poſſit ſolvere, vel ligare.

2. Nemini licet, quem mortalis peccati conſcientia ſtimulat, quantumvis ſibi contritus videatur, ſacram Euchariſtiam accipere, antequam ſe purgaverit Sacramentali confeſſione.

3. Debent fideles jejuni accedere ad Euchariſtiam, ita ut nihil omninò comederint, aut biberint, à dimidia nocte: excipiuntur infirmi, ſi de eorum periculo dubitatur, ne ſine communione diſcedant.

4. Pueris Euchariſtia conceditur, ſi in

ea ætate ſint & diſcretione, ut diſcernere poſſint corpus Domini. Quam rem nemo meliùs conſtituere poterit, quàm pater ſeu Sacerdos, cui illi confitentur peccata. Communiter ætas huic rei apta eſſe ſolet, ab anno decimo, usque ad decimum quartum.

5. Amentibus, qui tunc à pietatis ſenſu alieni ſunt, hoc Sacramentum dare minimè opertet: quanvis, ſi antequam in inſaniam inciderint, præ ſe tulerunt, piam & religioſam animi voluntatem: licebit eis in fine vitæ (ex Concilij Carthaginenſis decreto) Euchariſtiam adminiſtrare: modo periculum vomitionis, vel alterius indignitatis aut incommodi, nullum timendum ſit.

6. Poſtulat tanti Sacramenti dignitas, ut qui matrimonio juncti ſunt, ante Communionem, aliquot dies abſtineant à concubitu uxorum.

7. Damnatis ad mortem, debet dari Euchariſtia, ſed id fiat ante diem ſupplicij.

8. Sacerdos, cum ipſe eſt ſumpturus

ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, ſuperpelliceo & ſtola circundabit collum & utrunque humerum.

9. Si aliquid obſtiterit, quo minùs poſſit infirmus ſacram Euchariſtiam accipere, tutò, ut, ſi timeatur vomitus, vel aliquod ſimile inconveniens: tantùm adoret Sacramentum, nec detur ei oſculandum: doceatque eum Sacerdos, quo pacto ſpiritualiter communicet; videlicet, eos ſpiritualiter Euchariſtiam ſumere, qui deſiderio & voto comedunt cœleſtem illum panem, incenſi fide viva, quæ per dilectionem operatur. Caveat tamen Sacerdos, ne levi occaſione, à reali ſumptione Euchariſtiæ infirmum arceat.

10. Euchariſtiam in ſacrario pro infirmorum communione conſervare neceſſe eſt. Ne verò nimia vetuſtate ſpecies corrumpantur, Parochi debent ſubinde Euchariſtiam renovare, veteres hoſtias ſumendo, & recentes in earum locum reponendo.

Form einer Ermahnung zu den Communicanten.

Ex Catechismo Romano.

Under allen Heiligen Geheimnussen und Sacramenten/ die vns vnser HErr vnd Heyland/ als gewise Werckzeug seiner Göttlichen Gnaden beschert vnd befohlen hat/ ist keins daß mit dem Hochheiligen Sacrament der Eucharistiæ oder des Altars kündt verglichen werden/ Vnd darumben sollen wir vns auch Lasters halben keiner grössern vnd schwerern Straff von GOtt besorgen/ dann wann diß Sacrament von uns Glaubigen weder heiligklich noch andächtigklich gehandelt wird. Dann diß Sacrament ist das end vnd Zweck / zu welchem alle Ding gehörig / vnd ein Brunnquel/ aus welchem die Krafft vnd Heiligkeit anderer Sacramenten herfliessen. Die andere Sacrament seind heilig/ aber dis Sacrament schleußt in sich den Vrsacher vnd Auctor der Heiligkeit selbsten/ Nemlich/ Christum JEsum vnsern HErrn/ geborn von einer Jungkfrawen/ welcher/ wegen vnserer Sünd an das Creutz gehefft worden/ vnd nun sitzet zu der rechten des himmlischen Vatters. Alhie müßt jhr Andächtige die Vernunfft gleichsamb gefangen nemmen/ vnd sie von den fünff Sinnen weit vnderscheiden vnd abtheilen/ dann das jenig so jhr mit Augen sehet ist nicht Brodt/ sondern die Gestalt des Brodts/ mit welcher bedeckt ist der lebendig vnd wahre Leib Christi: das würcket die Göttliche Krafft/ welche ja Göttlich nicht were/ wann die menschliche Gedancken / dise sein Maie-

stät vnd Hochheit begreiffen vnd ergründen künden. Mit dem Göttlichen Wort / mit welchem Himmel vnd Erden gemacht worden / wird auch diß Göttlich Werck verricht vnd vollbracht.

Wann jhr dann ein solchen König in ewre Herberg auffzunemmen gedencket / kündt jhr leichtlich schliessen / was für ein reines Hertz vnd Habitacul erfordert werde / damit nichts / so solcher seiner Majestät Augen verdrießlich oder entgegen / gespüret vnd erfunden werde / vnd jhr zugleich auch die allerholdseligiste Frucht dieses H. Sacraments geniessen / welche vil edler vnd köstlicher seynd / dann mit den Gedancken begriffen / vnd mit Worten gnugsam ausgesprochen mag werden.

Die Eucharisty ist ein Brot der Seelen / welches gleich / wie das leibliche Brot dem Leib fürträglich ist / also auch diß geistlich Brot der Seelen / welche ordentlicher weiß darzue berait worden. Wir werden Christo innerlich verainigt / nach seiner (des HErrn) Verhaissung / vnd wird doch das Sacrament nicht in vnser Substantz / Fleisch vnd Blut: sondern wir in die Natur Christi / den wir empfahen vnd geniessen / verändert vnd verwandelt / durch dise Speiß vnd Aliment werden wir erhalten / vnd gemehret im guten / der Geschmach wird erweckt / aufdaß wir auß disen Geheimnussen von Tag zu Tag mehrer Lieblichkeit spüren vnd schöpffen. Dise Speiß vnd Seelenbrot / ist gleich dem Manna, welches vnsern Vättern gegeben worden / vnd alle Lieblichkeit in sich begreiffet / Wir verursachen vilmalen daß wir den Wolgeschmach diser Englischen Speiß nicht kosten vnd empfinden. Diß

Sacrament widerbringet alles das jenige / so durch die Sünd verlohren worden: wir empfahen Stärck / die grosse schwere Todtsünd zu vermeyden / die läßliche werden vns vergeben / der bösen Gewonheiten Kräffte werden geschwächt: von der lieben H. Engel fleissigen Wacht vnd custodi, welche jhren HErrn vnd König in grosser Anzahl beglaiten / werden wir verwahret und beschutzet / der Glaub wird exerciert vnd geübet / vnd durch die hochheit dieses Gehaimnuß gemehret: die Hoffnung wird mit disem Pfand der ewigen Vnsterblichkeit bekräfftiget / welches dem Menschen billich ein grosse Freud vnd Trost geben soll.

Die Eucharisty gleicht einem Fewer / welches die brinnende Flammen der Göttlichen Liebe in vnsern Hertzen anzündet / die Brunst des Fleisch dempffet / die böse Naigung im Zaum helt / vnd endlich vns stärcket wider alle Mühseligkeit dieser Welt / biß daß wir einmal gelangen in krafft dises Brots auff den Berg Oreb. Dise obgemelte vnd andere vilmehr Frücht / Gaben vnd Gnaden empfinden die jenigen allein / welche sich würdiglich darzu beraitet haben / welche aber nicht / die essen vnd trincken jhn selbsten das Gericht / vnd das ist der besten Dingen Art vnd Aigenschafft / daß sie zu gebürender rechter Zeit nutzen vnd erspriessen / vnd vnbequemer Zeit aber schaden.

Mueß derowegen ein gantze vollkommenliche Beicht aller tödtlichen Sünden / vorher gehen / durch welche die Gewissen gerainiget werden / damit jhr mit dem hochzeitlichen Kleid gezieret / zu solcher köstlichen Mahlzeit tretten möget: dann auch Christus der Sohn GOttes / ehe vnd zuvor er seinen lieben Jüngern dise heiligiste Com-

munion geraichet / allen die zuetz gewaschen / die höchste Reverentz vnd tieffeste Demut wird erfordert / damit der König der Engeln / würdigklich tractiert vnd empfangen werde: Erwecket derowegen ewre Hertzen mit heiligen Gedancken / vnd sonderlich der Gedächtnuß des bittern Leidens vnd Sterbens Christi / wie er selbsten befolchen: Hoc facite in meam commemorationem. Mit solcher Vorberaitung solt jhr zu dem Tisch des HErren tretten / vnd das Heilig / heiligklich tractiren / welches desto füglicher geschehen wird / so jhr vor vnd nach der Communion ewer Gemüt mit heylsamen Gedancken speisen / vnd inbrünstigen Gebett die Gnad vnd Barmhertzigkeit Gottes begehren werdet; durch Christum JEsum vnsern HErrn / welcher mit dem Vatter vnd H. Geist gleicher GOtt lebt vnd regiert von Welt zu Welt. Amen.

HAC EXHORTATIONE, VEL alia simili completa, sive multi, sive pauci fuerint communicandi, eos coram altari, genuflexos admoneat; ut facto primum super se crucis signo, sequentem generalem suorum peccatorum confessionem dicant; vel recitet ipse Sacerdos tractim & intelligibili voce ut ipsum dicendo sequi possint.

Generalis delictorum Confessio ante Eucharistiæ sumptionem dicenda.

ICh armer Sünder / widersag dem bösen Feind / allem seinem eingeben / rath vnd that. Ich glaub in GOtt den Vatter / in GOtt den Sohn / vnd in GOtt den Heiligen Geist. Ich glaub gäntzlich / was

die gemain Christlich Kirch befilcht zu glauben. Mit disem heiligen Catholischen Glauben beicht ich vnd bekenne GOtt dem Allmächtigen / Mariæ seiner hochwürdigen Mutter / allen lieben Heiligen / vnd gib mich schuldig / daß ich von meinen Kindlichen Tagen an biß auff diese Stund / offt vnd vil gesündiget hab / mit Gedancken / Worten und Wercken / vnd Vnderlassung viler guten Werck / wie dann solches alles geschehen ist / heimlich oder offentlich / wissentlich oder vnwissentlich / wider die zehen Gebott / in den siben Todtsünden / an den fünff Sinnen meines Leibs / wider GOTT / wider meinen Nechsten / vnd wider das Heyl meiner armen Seel / Solche vnd alle meine Sünd seynd mir leyd von Hertzen.

℟. Propter gloriam nominis tui Domine libera eum, (eam,) & propitius esto peccatis ejus propter nomen tuum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Respice Domine famulum tuum (famulam tuam) in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refove, quam creâsti, ut castigationibus emendatus (emendata (continuò se sentiat tua medicina esse sanatum (sanatam.) Per Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus; facturam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum tuum (ancillam tuam) N. ab ægritudine liberatum (liberatam) & sanitati donatum (donatam) dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis: atque Ecclesiæ tuæ, sanctisque altaribus tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Oremus.

Domine DEUS qui per Apostolum tuum locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, ut orent super eum, ungentes eum oleo sancto, in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei: Cura quæsumus redemptor noster, gratia Spiritus sancti languores hujus infirmi (infirmæ) & sua sana vulnera eusque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis & corporis ab eo expelle, plenamque ei interiùs, exteriusque sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ restitutus (restituta) ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre & Spiritu sancto, vivis & regnas in sæcula sæculorum Amen.

HIS DICTIS, SACERDOS PERagat unctiones, & pollicem, vel virgulam intingat in oleum sacrum, habeatque linum vel stuppam paratam, ad detergendum sacrum oleum membris inunctis, & dicat:

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſit tibi hæc unctio olei ſanctificati ad purificationem mentis & corporis, & ad munitionem ac defenſionem contra ſæva jacula immundorum ſpirituum. Amen. Deindè ſubjungat.

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Et inungen oculos in modum crucis, dicat:

PEr iſtam ſanctam ✠ unctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per viſum: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.

Poſt abſterſionem oculorum, dicat:

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Aures ungendo dicat:

PEr iſtam ſanctam ✠ unctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per auditum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.

Poſt abſterſionem aurium dicat:

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Nares ungendo dicat:

PEr istam sanctam ✠ unctionem, suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per odoratum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Post abstersionem narium, dicat:

Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Labia ungendo dicat:

PEr istam sanctam ✠ unctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per gustum & illicitum sermonem: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Post abstersionem labiorum dicat:

Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Pectus ungendo dicat:

PEr istam sanctam ✠ unctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per cogitationes & affectus cordis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Post abstersionem pectoris dicat:

Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Manus ungendo dicat:

PEr iſtam ſanctam ✠ unctionem, ut ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti, per tactum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.

Poſtea manus abſterguntur, & dicitur:

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Pedes ungendo dicat:

PEr iſtam ſanctam ✠ unctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti, per inceſſum: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ℟. Amen.

Inter abſtergendum pedes, dicat:

SIt tibi hæc unctio olei ſanctificati ad purificationem mentis & corporis, & ad munitionem ac defenſionem contra ſæva jacula immundorum ſpirituum.
℟. Amen.

Deindè ablutis manibus ſuis, & ſtuppa accenſa vel in ignem projecta, dicat Sacerdos ſtans ante infirmum.

VNxi te oleo ſanctificato, invocato nomine ipſius, qui olim Sacerdotes, Reges, Prophetas, olei unctione conſecrari voluit, obſecrans immenſam clementiam ejus, ut det tibi ſecundùm divitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum ejus in interiori homine: ut oleo exultationis ejus miſericorditer perfuſus, morbi moleſtiam æquo animo feras, & in charitate radicatus & fundatus, cum omnibus Sanctis comprehendas ſupereminentem ſcientiæ charitatem Jesu Chriſti Domini noſtri, Qui vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Hîc Sacerdos manum ſuper caput infirmi ponens, dicat:

VIrtutum cœleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & infirmitatem tua poteſtate depellis, adeſto propitius famulo tuo (famulæ tuæ) ut fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, per nomen ſanctum tuum inſtauratam protinùs percipiat ſanitatem:

Qui vivis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Adhibeat deindè infirmo imaginem Crucifixi, ut in eam oculos conjiciat, cum salubri confidentia in passionis merita:

Et dicat deindè Sacerdos:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem, concede huic famulo tuo, (*famulæ tuæ*,) ut & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Deus humani generis benignissime conditor, & misericordissime reformator, qui hominem invidia Diaboli ab æterna fælicitate dejectum unici filij tui pretioso sanguine redemisti, vivifica hunc famulum tuum (*hanc famulam tuam*) & jacen-

jacenti manum porrige ſalutarem, ne Eccleſia tua aliquâ ſui corporis portione vaſtetur, ne grex tuus detrimentum ſuſtineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet: reple eum (eam) omni gaudio cordis & lætitia ſpiritali, expelle ab eo (ea) omnes hoſtiles inſidias, & mitte ei medicum ſalutis, Angelum pacis, qui eum (eam) in anguſtiis poſitum (poſitam) conſolationibus tuis attollat, quibus in præſenti conſequatur auxilium, & æterna remedia comprehendat. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequuntur benedictiones infirmi, quæ fiant aſſumpto vaſculo olei ſacri.

Benedicat ✠ tibi Dominus & cuſtodiat te. ℟. Amen.

Oſtendat Dominus ✠ faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. ℟. Amen.

Convertat Dominus ✠ vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. ℟. Amen.

Dominus Jesus Chriſtus apud te ſit, ut te defendat ✠ intra te ſit, ut te re-

ficiat,

Wann der Priester von dem Krancken gehen wil / mag er jhn mit nachfolgender Ermahnung trösten vnd GOtt befelchen.

GElicbter in Christo / dieweil du in diser deiner anligenden Noht / nach gewiser Verheissung vnd Zeugnuß der Schrifften / mit Gottes Gnaden dein Schwachheit ersetzt vnd gestärckt hast / So wöllest in deinem gütigen GOtt / vnd seinen Gnaden getröst / vnd wider alle Anfechtung der Sünden vnd des Teuffels dapffer kämpffen vnd streitten / vnd in keinen zweiffel setzen / der Allmächtig GOtt / der zu erbarmen / mild vnd geneigt ist / könne deine Sünden in den vielen vnd thewren Verdiensten Christi deines Erlösers leicht verbergen / vnd könne deine Mißhandlung vmb Christi willen / der jhm wolgefällt / des Glied du worden bist / leicht vergessen / vnd könne wider alle Anstelluug vnd Trennung des Teuffels / durch sein Gnad dich wol erhalten / daß du vor dem Gewalt des Feinds wol sicher bleiben wirst / in Christo deinem Erlöser / der schon zu vor den Teuffel für dich überwunden vnd krafftloß gemacht hat. In demselben deinem Seligmacher wirst du wol von Sünden vnd Verdamnuß erlöst werden / vnd dein Seel in die gewiese Seligkeit erhalten mögen. Die verleyhe dir vnd vns allen der allmächtig / gütig vnd erbarmende GOtt / durch Christum JEsum vnsern HErrn / Amen.

Ordo juvandi morientes.

Quære in fine Diurnalis vel Breviarij Romani.

5. Sacra ſepultura nulli conceditur, qui more Chriſti fidelium ſe per Sacramentorum ſuſceptionem ad ſalutarem exitum non præparaverit: illis tamen, qui inopinata & ſubita morte hinc auferuntur, exceptis; quibus ſacra ſepultura concedenda venit, dummodo eos vitam Catholicis hominibus congruam egiſſe, & ſacroſanctis myſteriis dum viverent, in Paſchate communicaſſe, conſtiterit.

6. Nullus etiam hæreticus, Judæus, paganus, excommunicatus, & publicè denuntiatus: ſacra ſepultura eſt cohoneſtandus: ſicut nec manifeſtus fœnerator, niſi aut de perceptis uſuris ſatisfecerit, aut de iis reſtituendis ſufficientem cautionem, juxta juris diſpoſitionem poſuerit. Arcendi ſunt etiam à ſepultura ſocra, ij qui ſana mente ex intentione ſeipſos interemerunt, vel qui in duello occubuerunt.

7. Ut procul turpis quæſtus ſpecies à ſacris defunctorum ſuffragiis ſemoveatur, meminerint Parochi, pro exequiis ſepte-

nariis, tricenariis, aut anniverſariis nihil ſtipulentur, ſed officijs peractis domum ſe recipiant: aut à recuſantibus & poſt gratioſam monitionem ſolvere nolentibus, juridicè exigant, quod ex laudabili conſuetudine ſolvi conſuevit.

OFFICIVM SEPVLTVRÆ ADVLTI, SIVE CLERICI, SIVE LAICI.

Cùm corpus defuncti fuerit ſepeliendum, Sacerdos ſuperpelliceo & ſtola indutus, procedit de Eccleſia, præcedente Cruce & Clero, ordinatè ad locum ubi jacet corpus, comitante: & in domo defuncti, ſeu ante fores, dicat:

Oremus pro fideli defuncto. (defuncta.)

Deindè leguntur Pſalmi.

Miſerere: fol. 147. vel: De profũdis. f. 151.

Cum collecta ſequente.

Suſcipe Domine animam famuli tui (famulæ tuæ) quam de ergaſtulo hujus ſæculi vocare dignatus es, & libera eum

(eam)

(eam) de principibus tenebrarum, & locis pœnarum, ut abſolutus (abſoluta) omnium vinculo peccatorum, quietis ac lucis æternæ beatitudine fruatur, & inter Sanctos & electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur. Per Dominum noſtrum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deindè aſpergatur funus aquâ benedictâ, dicendo:

Rore cœleſti perfundat animam tuam Deus, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.


Tunc etiam thurificetur, dicendo:

Odore cœleſti paſcat animam tuam Deus, In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ ſancti. Amen.

His dictis, per perſonas, pro cujuſque loci more ad hoc aſſumptas, effertur funus ſolennibus orationibus deponendum, ſubſequentibus vicinis & amicis, ad hoc opus miſericordiæ convocatis, atque inter ducendum Parochus & alij Officiales, ac miniſtri Eccleſiæ, prætermiſſis ad rem non pertinentibus colloquijs, cantant pro conſuetudine loci Reſponſoria. *Subvenite ſancti Dei.* &: *Libera me Domine.*


S
Vbue nite ſancti De i,
occurrite Ange li Domini, ſuſci-
pientes animam e ius. * Offerentes
eam in conſpectu Al-
tiſſi mi ℣. Suſcipiat te Chriſtꝰ, qui
vo ca uit te, & in ſinu Abrahæ Angeli


de



RESPONSORIVM.




gnem. ℣. Tremens factus sum ego, & ti meo
dum discussio venerit, atque ventura
ira.* Quando. ℣. Dies illa di es i-
ræ, calamita tis & mi se riæ, dies ma-
gna, & a ma ra valde.* Dum ve-
neris. ℣. Requiem æternam dona eis





Poſſunt etiam ſine cantu legi ſeptem Pſalmi pœnitentiales, aut aliqua pars vigiliarum, pro cujusque ſeria devotione, cum commemoratione illius dicti, in perſona defuncti prolati.

Memor eſto judicii mei: ſic enim erit & tuum. Mihi heri & hodie tibi.

Depoſito corpore ad fores Eccleſiæ, vel cæmiterii dicat rurſum Sacerdos.

℣. Oremus pro fideli defuncto. (vel defuncta.)

℟. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei.

Deindè legitur Pſalmus Miſerere: vel: De profundis.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.

Antiphona.

Animam de corpore quam hodie aſſumpſiſti Domine, fac eam gaudere cum Sanctis tuis in gloria.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Ave Maria.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcũ. ℟ Et cum ſpiritu tuo.

Pro Epiſcopo vel Sacerdote defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Epiſcopali, vel, Sacerdotali dignitate feciſti vigere, præſta quæſumus, ut eorum quoque per-

petuo aggregetur conſortio. Per Dominum noſtrum.

Pro uno defunƐto.

Oratio.

INclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui N. quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis ac lucis regione conſtituas, & SanƐtorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Dominum noſtrum.

Pro una defunƐta.

Oratio.

Quæſumus Domine, pro tua pietate, miſerere animæ famulæ tuæ, & à contagijs mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue. Per Dominum noſtrum.

Pro fidelibus defunƐtis, generalis

Oratio.

Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunƐtorum tribue peccatorum, ut indulgen-

tiam, quam ſemper optaverunt piis ſupplicationibus conſequantur. Per Dom:
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deindè aſpergatur & thurificetur. ut ſupra fol. 173.

His peractis, corpus defuncti defertur ad locum ſepulturæ, Sacerdote interim dicente ſequentes Antiphonas.

In paradyſum deducant te Angeli, in tuo adventu ſuſcipiant te martyres, & perducant te in civitatem ſanctam Hieruſalem. Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere, æternam habeas requiem.

Cum perventum eſt ad ſepulchrum, aſpergat illud aquâ benedictâ, dicendo:

Sanctificetur illud ſepulchrum, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Corpore in ſepulchrum demiſſo, aſpergitur loculus aquâ benedictâ dicente Parocho.

Hodie ſit in pace locus tuus, & habitatio tua in ſancta Sion. Per Chri-

stum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deindè trina immissione aliquantulæ terræ loculum tegendo, dicat Sacerdos:

De terrâ plasmasti eum (vel eam) ossibus & nervis compegisti eum (eam) Domine, resuscita eum (eam) in novissimo die. Per Jesum Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Demum apud quosdam consuevit Sacerdos facere signum crucis super sepulchrum dicendo:

Signum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi sit signatum super te, qui in hac imagine redemit te, nec permittat Angelum percutientem in æternum. Pax tecum.

Justis his funeralibus persolutis, populus in pace dimittitur, aut pro consuetudine loci sacrum incipitur, aut comites funeris domum reducuntur, in gloriam ejus, qui deducit ad inferos & reducit.

DE SEPVLTVRA PARVULORUM IN CHRISTO defunctorum inſtructio.

1. PARVULI qui poſt Baptiſmum ante uſum rationis eripiuntur, oratione Eccleſiæ non indigent, quia nihil damnationis eſt in his, qui ſunt in Chriſto JESU, & non ſecundùm carnem ambularunt: & ſicut injuriam faceret martyri, qui pro martyre oraret; ita innocentiæ Baptiſmali injurius eſſet, ſi quis eis ſalutis requiem precaretur, qui innocentes, immaculati, puri, ac DEO dilecti effecti, ſunt cohæredes Chriſti, ita ut nihil prorſus eos ab in greſſu cœli remoretur.

2. Quia tamen horum corpuſculis, tanquam organis & vaſis, ſanctus infuſus fuit Spiritus; etiam illorum funera officioſa ſunt pietate curanda, in proteſtationem fidei, reſurrectionis, & ad laudem divinæ providentiæ, ſub qua & iſta regeneratorum corpora requieſcere creduntur.

3. Si pro laudabili cujusq; Ecclesiæ more, horum sepultura, unà cum Missa, exequijs, aut Psalmis pro fidelibus defunctis legi consuetis, quod abrogatum volumus, procuretur: tunc Parochus in memoriam revocet fidelibus, id quod dicit Augustinus: *Sacrificia sive altaris, sive quarumcunque eleemosynarum, quæ pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis, gratiarum actiones sunt.* Et occasione hujus parvuli, qui in albis ad Dominum raptus est, oretur pro defunctis qui precibus Ecclesiæ indigent: idq; piorum more; qui, dum uni benefecit divina clementia illius occasione pro alio orare solent, ut ei similiter fiat.

ORDO SEPULTURÆ PARVULORUM.

In domo parvuli mortui, aut ad portas cæmiterij ubi funus positum est, dicat Sacerdos, superpellceo & stola in dutus, quæ sequuntur.

Antiphona.

Sit nomen Domini benedictum; ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Psalmus 112.

Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

A ſolis ortu uſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper cœlos gloria ejus.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat; & humilia reſpicit in cœlo & in terra.

Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum Principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Repetitur Antiphona.

Sit nomen Domini benedictum, &c. (no.

℣. Hic accipiet benedictionem à Domi-

℟. Et misericordiam à Deo salutari suo.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Me autem propter innocentiam suscepisti.

℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne DEUS, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ passionis in eodem regno nos cum omnibus

Sanctis & dilectis tuis ſemper facias congaudere. Qui vivis & regnas, &c.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Poſteà fiat thurificatio & aſperſio eodem modo quo ſuprà ſuper adultos. Projiciendo etiam terram ſuper funus parvuli in ſepulchro poſitum, dicat Sacerdos tribus vicibus.

Sume terra quod tuum eſt, ſumat Chriſtus quod ſuum eſt, caro de te terra, creata eſt, Spiritus de ſurſum inſpiratus eſt.

Deindè ubi conſuetudo loci habet, occaſione hujus infantis oretur pro fidelibus defunctis, horteturque Sacerdos circumſtantes dicendo:

Oremus dilectiſſimi pro hujus parvuli propinquis & omnibus fidelibus defunctis, in ſpe miſericordiæ requieſcentibus.

Deindè legat Pſalmos: Miſerere: &, De profundis: concludendo: Requiem æternam dona, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℟. Dominus vobiſcum.
℣. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus in cujus miſeratione animæ fidelium requieſcunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hîc & ubique, in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per eundem Dominum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

DE SEPVLTVRA PARVULORVM NON BAPTIZATORVM.

Pueruli, & quicunque alij ex hac vita ſine Baptiſmo migrantes, in loco ſacro ſepeliri non debent. Eſtque in ijs obſervandus Canon. 35. Concilij I. Braccarenſis: *Catechumenis ſine redemptione Ba-*

ptiſmi defunctis, non oblationis ſanctæ commemoratio, nec ſpallendi impendatur officium. Nec tamen ſunt eorum corpora inſepulta projicienda more belluarum, propter humanæ naturæ dignitatem, ſed in loco honeſto recondenda; quod fiat ſine ullis precibus, ac ſolennitate à laico, necquiſquam ex clero, etiam vocatus, prophanæ ſepulturæ interſit.

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

Canones adminiſtrationis Sacramenti Matrimonij.

1. *IUSTAS quidem ob cauſas Matrimonij Sacramentum ex Eccleſiæ conſuetudine, præcedere debent ſponſalia, quibus pro conſuetudine loci Parochus intereſſe ſolet, vel non: modò Sponſus & Sponſa cum teſtibus, ipſi celebrata ſponſalia ſignificaverint Parocho.*

2. *Antequam Matrimonium in facie Eccleſiæ contrahatur, ter à proprio contrahentiũ Parocho, tribus continuis diebus feſtivis, hoc eſt, qui ex*

præcepto Ecclesiæ observantur in Ecclesia, intra Missarum solennia, aut in Concione ante meridiana publicè denuncietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum: quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur.

3. *Est autem proprius Parochus qui adesse debet, is in cujus Parochia matrimonium celebratur, sive viri, sive fœminæ.* Id quod benè notandum est. Alius enim Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive Sæcularis, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine, licere contendat, qui alterius Parochiæ sponsos, sine illorum Parochi licentia, matrimonio conjungere aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus manet, donec ab Ordinario ejus Parochi qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. *Concil. Trident. Sess. 24. cap. 1. de reformat. Matrim.*

4. *Irritum est Matrimonium quod contrahitur aliter, quàm præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, aut Ordinarij licentia, & duobus aut tribus testibus.*

5. *Benedictio nuptiarum à proprio Parocho fie-*

ri debet, vel ab alio Sacerdote de ipsius Parochi aut Ordinarij licentia.

6. A Dominica prima Adventus usque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusivè, solennitates nuptiarum prohibentur; alijs temporibus permittuntur.

7. Parochus, non antè in Sponsaliorum Contractum consentiat, quàm perspexerit, desponsandos esse Catholicos, rudimentorum fidei gnaros, ab excommunicatione liberos, ac impedimenti nullius, quod Matrimonio obstare possit, conscios.

8. Spiritualis cognatio tantùm contrahitur ex Baptismo inter Patrinos ac Baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem. Ea verò cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem Patrinum & confirmatum, illiusque patrem ac matrem non egreditur.

9. Nullum est impedimentum justitiæ publicæ honestatis, ubi sponsalia quacunque ratione valida non erunt: ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedit.

10. Impedimentum quod propter affinitatem ex

fornicatione contractum inducitur, ad eos tantùm qui primo & secundo gradu conjunguntur, se extendit.

11. Nullum potest consistere Matrimonium inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit.

12. Matrimonijs eorum, qui vagantur, & incertas habent sedes, Parochi interesse non debent, nisi priùs diligentem inquisitionem fecerint: & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam faciendi obtinuerint.

13. Hortandi sunt Sponsi, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonij consummationem sua peccata confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant.

14. Monebit præthereà, ut, juxta receptam Ecclesiæ Consuetudinem, intra quadraginta dies ad matrimonij solemnizationem procedant; intereà verò temporis ab omni carnali commercio abstineant. A quo periculo ut absint longiùs, seriò illis injungetur, ut ne, quod plerique non sine maximo animæ suæ periculo & scandalo faciunt, sub eodem tecto habitent, secus si faxint, se non antè ad matrimonij benedictionem illos admissurum,

quàm ab invicem discesserint, & dignè, pro scandalo Ecclesiæ dato, satisfecerint.

15. Habeat Parochus librum, in quo Conjugum & testium nomina, diemque, & locum contracti Matrimonij scribat: quem diligenter apud se custodiat. Quod si Sacerdos alius Parochi loco interfuerit, tùm ejus nomen, tùm illius, cujus facultate factum est, scribantur in eodem libro.

16. Non consentiant Parochi, ut illi qui in ætate legitima constituti sponsalia contraxerunt, se mutuò ab ejusmodi promissione futurarum nuptiarum propria auctoritate absolvant, sed illos spiritualis curiæ Promotori denuncient: ut causa per Episcopum ejusq; Officialem discussa, si ea secundum juris dispositionem legitima sit, ab ejusmodi promissione absolvantur.

Noverit ex probatis authoribus, quæ sint Canonica impedimenta Matrimonij contrahendi, & quæ contractum dirimant; & qui sint gradus Consanguinitatis & Affinitatis, & item Cognationis spiritualis, ex Baptismi vel Confirmationis Sacramento contractæ, & alia, quæ sequentibus versiculis explicantur; ut sunt:

Error

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultûs disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis.
Si Parochi & duplicis desit præsentia testis,
Raptáve sit mulier, nec parti reddita tutæ;
Hæc socianda vetant Connubia, facta retractant.

Error, *personæ*. Conditio, *servitutis ignoratæ*. Votum, *solemne Castitatis*. Cognatio, *naturalis, legalis, spiritualis*. Crimen, *adulterij, cum machinatione mortis alterius conjugis; seu adulterij, cum fide datâ de contrahendo matrimonio post Conjugis mortem; seu Contractûs matrimonij de præsenti cum adultera, vivente altero Conjuge innocente*. Cultûs disparitas, *ex consuetudine Ecclesiæ, scil. fidelis cum infideli*. Vis, *scil. metus, cadens in constantem virum, v.g. detrimenti gravis corporalis, nisi consentiat in Matrimonium*. Ordo, *unus ex majoribus*. Ligamen, *quo quis ligatus est uxori, etiam ante consummationem matrimonij rati, post quod, secundum matrimonium contractum est irritum*. Honestas, *id est, Matrimonium contractum inter Sponsum & cognatos Sponsæ; & inter maritum & cognatos uxoris, adhuc non cognitæ carnaliter; & vice versa*. Si sis affinis, *ex copula maritali usque ad quartum gradum, vel ex copula fornicaria usque ad secundum gradum, inclusivè*.

Ut autem faciliori modo Pastores cognoscere possint Consanguinitatis & Affinitatis gradus, eos subjuncto Schemate, & regulis sequentibus, ob oculos ponimus.

Schema Consanguinitatis.

	Abavus. Abavia.	
Magnus Propatruus. Magna Proamita.	Proavus. Proavia.	Magnus Proavunculus. Magna Promatertera.
Magnus Patruus. Magna Amita.	Avus. Avia.	Magnus Avunculus. Magna Matertera.
Patruus. Amita.	Pater. Mater.	Avunculus. Matertera.
Frater.	Hypothe	Soror.
Filij & Filiæ Fratris.	Filius. Filia.	Filij & Filiæ Sororis.
Nepotes & Neptes ex Fratre.	Nepos. Neptis.	Nepotes & Neptes ex Sorore.
Pronepotes & Pronepotes ex Fratre.	Pronepos. Proneptis.	Pronepotes & Pronepotes ex Sorore.
	Abnepos. Abneptis.	

Pro majori directione præcedentis Schematis, sequentes nota regulas.

Prima. In linea recta tam ascendentium quàm descendentium quot sunt personæ, tot sunt gradus, unâ demptâ, scilicet stipite; v. g. Pater & Filius sunt consanguinei in primo gradu, Nepos & Avus in secundo gradu, &c.

Secunda. In linea transversa æquali (quæ est inter personas à communi stipite æqualiter distantes) quot gradibus personæ singulæ à com-

à communi stipite distant, totidem distant inter se; unde Frater & Soror sunt in primo gradu lineæ transversæ, patrueles & consobrini in secundo. Filij eorundem in tertio.

Tertia. In linea transversa inæquali, seu inter personas inæqualiter distantes à communi stipite, quot gradibus remotior persona distat à stipite tot gradibus distant inter se: undè Patruus & Nepos, Filius & Soror Patris, sunt consanguinei in secundo gradu. Quæ omnia patent in adjuncto Schemate.

Si forte coire nequibis; *scilicet ratione impotentiæ. Atque hæc sunt quæ matrimonium etiam contractum dirimunt. Reliqua per se sunt clara.*

Impedimenta, Impedientia Matrimonium.

PRæter peccatum mortale & excommunicationem, sex potissimum reddunt matrimonium moraliter illicitum; scilicet:

Ecclesiæ vetitum; nec non tempus feriatum;
Atque Catechismus, Crimen, Sponsalia, Votum;
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Dicitur primò, Vetitum, *id est, prohibitio Ecclesiæ, quæ fit ab Episcopo vel Parocho ob dubium impedimenti alicujus vel inhabilitatis inter copulandos.*

Dicitur secundò, Tempus feriatum; *quod secundùm Concil. Trident. Sess. 24. de Reformatione, incipit nunc ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam inclusivè; & à die Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusivè: quibus tamen temporibus non prohibetur contractus aut consummatio. Matrimonij, sed tantùm solemnitatis nuptiarum, v.g. Benedictio, deductio Sponsæ solemnis ad domum Sponsi. Convivia nuptialia, &c.*

Dicitur tertiò, Catechismus; *quod impedimentum contrahitur ab eo, qui respondet pro infante, quando supplentur Cæremoniæ post Baptismum, collatum in necessitate. Sed videtur hoc impedimentum jam sublatum.*

Dicitur quartò, Crimen; *ut,* 1. *incestus cum consanguinea conjugis in primo vel secundo gradu, scienter admissus, (qui impedit*

matrimonium cum quacunque alia persona,) vel cum propria matre aut filia. 2. raptus alienæ personæ. 3. uxoricidium. 4. Presbytericidium. 5. susceptio propriæ prolis ex Baptismo, ad impediendam redditionem debiti. 6. Publica pœnitentia, quamdiu durat. 7. Matrimonium cum Moniali. Verùm hæc per non usum sunt sublata.

Dicitur quintò, Sponsalia; *scilicet si cum unâ contracta, & non dissoluta.*

Dicitur sextò, Votum; *scilicet simplex, sive castitatis, sive religionis, sive non nubendi.*

17. *Missa tempore nuptiarum, dici debet ut habetur in Missali de nuptijs, cujus Introitus est;* Deus Israël conjunget vos, *&c. cum cæteris adjunctis. Si verò eodem die officium fuerit duplex & una tantùm habeatur Missa, dicitur Missa de Festo, cum Commemoratione nuptiarum, additis etiam Orationibus Propitiare &c. Deus qui potestate, &c.*

DECRETVM CONCILII TRIDENTINI CONTRA MARTIMONIA CLANDESTINA.

Welches alle Pfarrer vnd Seelsorger offt im Jahr/ auff offentlicher Cantzel nach der Predig von Wort zu Wort vorlesen/ vnd dasselbig jhren Zuhörern mit allem Fleiß erklären/ einbilden/ vnd sich selbsten / als vil jhr Ambt hierinn betrifft/ demselben gemeß verhalten sollen.

Es ist gleichwol ohne allen zweiffel gewiß vnd wahr / daß die haimliche Ehepflicht / vnd Winckelheüraten / so die Ehepersonen auß freyem Willen miteinander getroffen / rechte vnd wahre Ehepflicht seyn vnd bleiben / so lang sie von der heiligen Christlichen Kirchen nit auffgehebt vnd vngültig gehalten werden / Vnd derowegen die jenige billich zu verdammen seyn / wie sie auch von dem heiligen Concilio verdambt werden / die solche haimliche Ehe / für rechte vnd wahre Ehepflicht nit erkennen wöllen / die auch fälschlich fürgebeñ / daß die Eheflicht / so die Kinder / ohne jhrer Eltern Bewilligung versprechen / nichts gelten / vnd von den Eltern erst geschlossen / oder gar abgethon werden können. Nichts destoweniger hat die heilige Kirchen Gottes / dieselben aus billichen Vrsachen jederzeit gescheucht / schädlich gehalten / vnd verbotten.

Sintemaln aber die Vätter / vnd Versamblung des H. Concilij spüren vnd mercken / daß dises Verbott aus Vngehorsam veracht / vnd wenig helffe / hergegen aber allerley Sünd vnd Laster / so aus der gleichen heimlichen Eheversprechung entstehen / bedacht / sonderlichen aber daß mancher sein ersten Gemahl / mit dem er sich haimlich verpflicht hat / verlasset / mit einer andern offentlich Hochzeit halt / vnd also in einem stäten Ehebruch / vnd Stand der ewigen Verdambnus verbleibt. Welchem Vbel / dieweil die Kirchen / so von haimlichen Dingen nit vrtheilt / anders nit begegnen kan / es sey dann daß ein sonderbares kräfftigers Mittel gebraucht werde / Derowegen hat sie dem vorlengst heiligen Lateranensischen Concilio, vnder Babst Innocentio dem Dritten diß Nah-

mens/ nachkommen wöllen. Gebeut und befilcht/ daß hinfüro/ eh vnd dann die Ehepflicht getroffen werden/ die Ehepersonen von ihrem aignen Pfarrern/ die drey nechst aufeinander folgenden Feyertag / in der Kirchen / vnder dem Ambt der heiligen Meß offentlichen verkündet / vnd so alsdann kein rechtmässige Verhindernuß vorhanden/ vor der Kirchen die Eheliche Hochzeit gehalten werden solle. Da der Pfarrer / nachdem er beede Ehepersonen gefragt / vnd ihre zu beeden Theilen Bewilligung verstanden / solle er entweders sprechen / ich verpflichte oder verbinde euch zur heiligen Ehe/ im Namen des Vatters / vnd des Sohns / vnd des Heiligen Geists / oder anderer dergleichen Wort gebrauchen/ nach vblichen Gebrauch jeder Provinz.

Im fall aber ein glaubwürdiger Argwohn fürfallen thät daß die Ehepflicht / wann man dieselbe so offt zuvor verkündiget / boßhafftig möchte verhindert werden / alsdann mag man den Heürat entweders nur einmal verkünden / oder aber mögen die Ehepersonen / in Gegenwart vnd Beysein/ auffs wenigist des Pfarrers / vnd zwey: oder dreyer Zeugen / Ihr Ehepflicht versprechen und schliessen / die Verkündigung aber solle hernach ehe vnd dann sie zusammen kommen / damit die Hindernuß/ so etliche verhanden/ geoffenbaret / in der Kirchen verricht werden/ Es sehe dann den Ordinarium für guet an/ daß man die Verkündigung gar vnderlassen möchte / dem es dann das heilige Concilium zu seinem Verstand und Gutgedunken haimsetzet. Welche Ehepersonen aber sich anderst als in Gegenwart und Beysein ihres Pfarrers / oder mit des Pfarres / oder des Ordinarij Erlaub-

nuß

nuß / eines andern Priesters / vnd zweyer oder dreyer Zeugen / die Ehegelübd zu treffen und zu schliessen vnderstehen werden / dieselben macht das heilige Concilium, dergestalt sich miteinander zu verheüraten ganz vnd gar vntauglich und vndichtig / erkennt auch dergleichen Contract für vnkräfftig und vndichtig / wie sie dann dieselben in disem gegenwertigen Decret und Gebott gänzlich abthut vnd vernichtet. Bevilcht auch über das / daß ein Pfarrer / oder anderer Priester / so mit weniger Anzahl der Zeugen / vnd die Zeugen so ohne den Pfarrer oder andern Priester / dergleichen Heürats Handlungen beywohnen / auch die Personen selbsten / so sich also zu verheüraten vnderstehen dörffen / nach Gefallen des Ordinarij ernstlich gestrafft werden.

RITVS AC FORMA SOLENNITER CELEBRANDI MATRIMONIUM.

SACERDOS celebraturus Matrimonij Sacramentum, indutus ſuperpelliceo & ſtola, in Eccleſia tantùm & non in alio aliquo loco illud aggrediatur. Poſt debitam igitur bannorum proclamationem, & præmiſſa, ut minimum deſponſorum confeſſione, in ſcriptis quoque illorum in Regiſtro nominibus: cum jam

deſponſi, ad eum locum ubi pro conſuetudine Sacramentum hoc celebrari ſolet, pervenerint, ſtante viro ad dextram, muliere verò ad ſiniſtram, vultu converſo ad utrumque, explicet eis Sacerdos vim & efficaciam hujus Sacramenti: item quanta ſit hujus vinculi, quo ſe mutuò obſtringere volunt, obligatio: ut neque propter meliorem, neque ditiorem, neque pulchriorem, neque nobiliorem, neque ob ullum defectum, vinculum hoc diſſolvi poſſit, &c. Erit autem exhortatio hæc vel ſimilis, ut ſequitur.

Ermahnung/ ſo beſchehen ſoll/ ehe zwo Perſonen Ehelich durch den Prieſter zuſammen geben werden.

Außerwöhlte in Chriſto dem HErrn. Demnach Ihr zwey der mainung alhie erſcheinet/ den H. Eheſtand/ zwiſchen euch beeden hievor bewilliget/ durch den Segen der H. Chriſtlichen Kirchen/ vnd mit offentlicher Zeugnuß diſer Ewrer lieben Freund vnd Mitchriſten zu beſtättigen/ Damit ihr diſen H. Stand mit mehrerm Troſt annemmen vnd in gebühr-

licher Ehr halten möcht/ solt jhr wissen/ daß der Ehestand nicht ein geringe Ceremonien oder schlechter Brauch von Menschen erdicht/ sondern von GOtt selbsten im Paradeiß eingesetzt/ ja auch der heiligen hochwürdigen Sacramenten eines sey/ dardurch der Allmächtig GOTT zum Heyl seiner Glaubigen den reichen heylsamen Schatz seiner Genaden mildigklich / vnd in vil weg außtheilet vnd schencket / Ja nit allein hat GOtt disen H. Stand eingesetzt / sondern auch mit absonderlichen Gnaden dermassen befestiget / daß er weder durch die Erbsünd verwüst/ noch durch die Straff des Sündfluß vertilget worden. Als aber diser Stand folgender Zeit bey Juden vnd Haiden in Mißbrauch gerathen/ hat Christus der Sohn Gottes vnser Heyland jhne von allem Mißbrauch rainigen/ vnd in sein vorige rechte vnd gebührliche Ordnung wieder einbringen/ auch vnder dem Menschlichen Geschlecht / vnd bey seinen Christen biß ans End erhalten wolle. Deßwegen Er dann dise seines himlischen Vatters Einsatzung nicht allein vernewret vnd bekräfftiget/ welche also heisset: **Vmb des willen wird ein Mensch Vatter vnd Mutter verlassen/ vnd seinem Weib anhangen/ vnd werden die zwey ein Fleisch seyn.** Sondern auch den Ehestand mit seiner selbst aignen Gegenwart samt seiner außerwöhlten Mutter vnd lieben Jüngern bey der Hochzeit zu Cana in Galilea gezieret/ vnd mit seinem ersten Wunderwerck verehret. Dannenhero Jhr junge Eheleut dise Gottes Einsetzung nit gering / sondern hoch vnd ehrlich achten vnd halten/ euch auch mit rechter Mainung vnd Andacht zu disem H. Sacrament verfügen vnd schicken sollet: Damit der böse Geist hierdurch nit Ge-

walt über euch bekomme/ wie wir dann in heiliger Schrifft bey dem Tobia ausdrucklich lesen/ daß der böse Geist über diejenige Eheleut Gewalt bekomme / so der gestalt jhre Ehe antretten/ daß sie GOtt von jhnen vnd jhren Hertzen ausschliessen/ vnd also jhres Leibs Lust pflegen/ nit anderst als wie Maulthier vnd Roß seyn/ in denen kein Verstand ist.

So habt jhr auch zu mercken / daß fürnemlich viererley Vrsachen seyn / warumb der Ehestand von Gott eingesetzet/ so wunderbarlich erhalten / vnd endlich so hoch verehret worden.

Erstlich daß diser Stand ein ehrliche Beywohnung/ auch beste vnd vollkommeneste Vereinigung eines Manns vnd Weibs seyn solt/ damit die Mehrung vnd Erhaltung des Menschlichen Geschlechts auff Erden / vnd die Kinderzucht in gewissen Zihlen behalten wurden/ auff daß also Gottsförchtige Eheleut in einer rechtmässigen / vnd Gottwolgefälligen Beywohnung Kinder gewinnen / dieselbigen mit gemainen Fleiß/ in Zucht / Ehr vnd Gottes Forcht auffziehen/ vnd also nit allein jhren zeitlichen Gütern Erben / sondern auch vnserm GOtt wolabgerichte Gottsförchtige Diener vnd Christen nach jhnen verlassen möchten / das ist/ damit die Anzahl / nicht allein der Menschen auff Erden / sondern auch der Auserwöhlten im Himmel durch sie gemehret werde.

Zum andern hat GOtt den Ehestand eingesetzt / wil jhn auch deßhalben erhalten/ daß dardurch abgeschnitten vnd vermeidet werden soll/ vnder dem Christlichen Volck/ alle andere Bülerey/ Schand vnd Vnzucht/ vnd die Blödigkeit der Natur/ oder Anreitzung des Fleischs/ durch die Beyhülff der Ehe/ vor Sünden erhalten werde. Aller-

massen

massen der heilige Paulus lehrt/ welche Persohnen sich nit enthalten wöllen / zu der Ehe greiffen sollen / vnd daß zu Vermeidung der Vnkeuschheit der Mann sein aigen Weib/ vnd das Weib ihren aignen Mann habe.

Drittens / Auff daß der Mensch durch diese vnd vnzertrennliche Beywohnung in allerley Anfechtungen vnd Widerwertigkeit dises zeitlichen/ mühseligen Lebens/ als in Kranckheit/ Armut vnd andern Nöhten/ einen gewissen vnd getrewen Mitgehülffen hette / wie dann der heilige Kirchenlehrer Ambrosius anzeigt : daß Maria die außerwöhlte Mutter Gottes / die doch weder zum Kinderzeugen / noch Blödigkeit der Natur halber / eines Manns bedürfft oder begehrt/ dannoch nach Schickung Gottes ein Mann haben sollen/ der jhr in obligenden Nöhten/ vnd sonderlich in der Flucht mit Christo in Egypten ein getrewer Gehülff were.

Vierdtens/ Vnd fürnemlich hat GOtt bald im Anfang der Welt den Ehestand eingesetzt: Daß er in Verpflichtung des Manns vnd Weibs / ein grosses Sacrament vnd eigentliches Zaichen geben wolt der wunderbarlichen vnd allergnadenreichisten Verainigung / so sich künfftiger Zeit zwischen Christo / vnd seiner Kirchen begeben/ auch der vnaußsprechlichen Liebe / die er an seiner Kirchen beweisen würde/ darauß dann alle Eheleut sich der Weiß vnd Maß ihres Ehestands gründlich vnd richtig zu erinnern haben : Dann gleich wie Christus nur ein Kirch vnd Christenheit auff Erden hat / die er mit seinem Bluet erkaufft/ vnd sie noch täglich durch sein Gnad vnd kräfftige Sacrament erhält vnd seiner Erlösung geniessen lasset : Also dann ein jeder Ehemann an einem seinem Eheweib / vnd ein jedes Eheweib / an einem jhren Ehe

mann sich benügen lassen/ auch alle seine liebe Trewe/ vnd müglich Wolthaten an dem ainigen seinen Ehegemahl wenden/ vnd in dise Lieb keinen dritten einlassen/ noch seine Ehetrewe an ainigem anderen verbrechen/ vnd wie die Vereinigung zwischen Christo vnd der Kirchen ewig vnd vnaufflößlich ist: Also werden die Eheleut in Krafft dises Sacraments mit vnzerbrechlicher Ehepflicht zusammen verknüpfft/ darvon sie auß keiner andern Vrsach/ dann durch den ainigen Todt ledig werden mögen.

Dieweil dann die Christenliche Eheleut in jhrer Verbündnuß/ ein Fürbild vnd Gleichnuß Christi vnd der Kirchen haben vnd tragen/ so soll ein Christlicher Ehemann/ von Herzen mit Lust vnd Frewden genaigt seyn/ seiner vertrawten Ehefrawen/ trewlich vorzustehen/ sie zu ernehren/ vnd gegen jhr alle Lieb vnd Trew zu erzaigen/ damit er Christo gleich seyn möge/ der auch sein Kirchen geliebt/ vnd sich selbsten für sie geben hat/ auff daß er sie mit seinem Blut heiligen vnd seligen möchte. Also auch hergegen/ soll ein Christlich Eheweib mit Lust vnd von Herzen jhren Ehemann lieben vnd ehren/ jhm auch gehorsam vnd biß in Todt getrew seyn/ damit sie der Kirchen desto gleichförmiger werde/ die auch Christum jhren Bräutigam stets liebet vnd ehret/ vnd demselben jmmer vnderthänig bleibet. Demnach/ sover jhr beyde disen heiligen vnd von Gott verordneten Ehestand/ in Gottes Forcht vnd mit Andacht/ anzunemen bedacht seyt/ solt jhr nit zweiflen/ der warhafftig gütig Gott werde mit seinen Genaden zu euch setzen/ vnd euch bey seiner Einsatzung mit Verleyhung genugsamer Leibsnahrung/ auch andern nötigen Vorrath erhalten/ auch beyde durch sein Gnad laiten vnd ziehen: daß jhr gegeneinander stättige Lieb vnd Trew üben/ ewer

ehrlich Beth rain behalten / auch wider allerley vorstehende Trübsal euch mit gemeiner Hülff trösten / vnd ein fridliche ehrliche Beywohnung biß ans End miteinander haben vnd hinaus führen möget. Darneben sehet jhr Jungen Christenliche Eheleut daß jhr bey GOtt vmb Gnad ansucht / damit jhr euch disen an jhm selbst so heiligen Standt / durch zu vil Sorgen über die zeitliche Nahrung / vnd Welt-Geschäfft / oder auch vnmässige Gelüsten nicht villeicht zur Hindernus an der Seligkeit werden lasset / sondern ewer Beywohnung in Gottes Forcht vnd Zucht haltet / damit jhr an ewerem Gebett / Andacht vnd Gottesdienst nicht abgehalten werdet. Die künfftige Trübseligkeit / so euch in disem ewerem jetzund angehenden Stand begegnen möchten / leidet gedultig / vnd einträchtiglich / vnd haltet euch also in Lieb vnd Leid / Frewd vnd Trawrigkeit vnzertrennlich zusammen / Da euch dann GOtt der HErr mittler weil Kinder bescheret / so ziehet dieselbige auff zur / Ehr / Frombkeit vnd Gottes Forcht / damit jhr sambt jhnen zu seiner Zeit / die verhaißne Frewd vnd Seeligkeit erlangen möcht / Darzu helff euch vnd vns allen der Allmächtig vnd Barmhertzig GOtt / den wir auch darumb anrueffen wöllen vnd samentlich bitten ein andächtig Vatter vnser / sampt
dem Englischen
Grueß.

Exhortatione finita, alta & intelligibili voce hunc in modum proclamet Sacerdos ulterius.

JST jemand hie der etwa Jrrung oder Hindernuß zwischen disen Persohnen wißte das Sacrament der H. Ehe betreffent / der sage und eröffne solches bey Christlicher Gehorsamb alhier offentlich / zum erstenmal / zum andernmal / vnd zum drittenmal.

Inquirat deindè Sacerdos nomina contrahentium dicens:

Quomodo appellamini? Wie haist ihr?

Accepto utriusque responso, pergat interrogare Sponsum.

N. Ist das noch ewer endlicher vnd bestendiger Will vnd Mainung / mit diser gegenwertigen N. in ehren ehelich zuwerden: Jhr auch eheliche Trewe vnd Glauben zu halten / sie als eweren aignen Leib / lieben / ernehren / vnd verwahren / sie auch in keiner zufallenden Widerwertigkeit vnd Trübsal nit zu verlassen / sondern bey jhr zu verbleiben / vnd zu verharren / biß daß euch endlich beede der Todt schei det / so sprecht Ja.

Posteà eodem modo interrogetur Sponsa.

N. Ist ebenmessig noch das ewer gründlicher Will vnd Mainung / mit disem gegenwertigen N. in ehren

Ehelich zu werden/ jhme auch eheliche Trew vnd Glauben zu halten/ Ehr und Hülff zu erzeigen/ in ehrlichen und billichen Sachen vnterthänig vnd gehorsamb zu seyn/ jhn auch in keinerley zufallender Widerwärtigkeit vnd Trübsal zu verlassen/ sondern bey jhm beständig zu verbleiben vnd zu verharren/ biß daß euch endlich beede der Todt scheidet/ So sprecht Ja.

Si uterque affirmat, dicat ulterius Sacerdos ad Sponsum.

ZV mehrer Bekräfftigung des heiligen Wercks gebt einander die Mählring vnd die Händ.

Intereà dicat.

ANnulo suo subarravit me Dominus, & tamquam sponsum decoravit me coronâ.

Quid manum junctio significet.

DJe Zusammenbietung der Händ / ist nichts anders/ dann daß jhr da vor Gott und einer Christlichen Gemain/ gleich als mit Ayd bestättiget / keines von dem andern zu weichen / ob schon GOtt ein Trübsal herschickt / sondern wöllet beständig beyeinander bleiben/ bis euch der Todt scheidet.

Quid annulus?

DUrch den Ring / Gleicherweiß wie diser Ring rund/ keinen Anfang noch End hat/ also soll auch ewer Trew die jhr da einander gebt/ kein End haben/ auch sollet jhr sol-

ches anfangen vnd thun im Namen vnd Ehr des/ der weder Anfang noch End hat.

Tunc amborum manus ſtola ſua circumvolvat, atque ita dicat:

MAtrimonium in facie Eccleſiæ inter vos, me annuente, contractum, Deus confirmet, & ego illud approbo, perficio & ſolennizo, In nomine Patris, & ✠ Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

DJe Eheliche Pflicht die jhr da vor Gott vnd seiner Gemain einander gelobt habt/ beſtette ich aus Bevelch der H. Chriſtlichen Kirchen/ Jm Namen des Vaters/ vnd des Sohns/ ✠ vnd des H. Geiſtes/ Amen.

SEQUITUR BENEDICTIO SPONſi & Sponſæ in primis nuptijs.

℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, Deus qui primos noſtros parentes conjunxit in paradyſo, ille vos in Chriſto benedicat ✠ atque in ſocietate ſancta viventes creſcere faciat in ſobolem incolumem. Per eundem Dominum noſtrum. Amen.

Alia benedictio.

Domine Deus omnipotens qui conjugalem conjunctionem in Christo & in Ecclesia magnum esse Sacramentum voluisti: Benedicere ✠ digneris, adolescentes istos conjuges tuos; & semina semen vitæ æternæ in mentibus eorum, ut quidquid pro utilitate sua facere didicerint, hoc facere cupiant. Per eundem Dominum nostrum Amen.

Deindè subjungat Psalmum 127.

Beati omnes qui timent Dominum; qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut novellæ olivarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Iſraël.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvos fac fideles tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Exaudiat vos Dominus in die tribulationis.

℟. Protegat vos nomen Dei Jacob.

℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.

Oremus.

Reſpice Domine ſuper hanc conjunctionem, & ſicut miſiſti ſanctum Angelum tuum Raphaelem ad Tobiam & Saram, ita mittere digneris gratiam tuam ſuper conjuges iſtos, ut in voluntate tua permaneant, in tua ſecuritate conſi-

ſtant, in tuo amore & mutua concordia vivant, & ſeneſcant, atque multiplicentur in longitudinem dierum. Per Dominum noſtrum.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui primos noſtros parentes bona ſocietate copulaſti, bene✠dic & ſancti✠fica hos adoleſcentulos, & ſemina in eis ſemen vitæ æternæ: corda eorum tui ſancti ſpiritus mundes infuſione, & ſinceri amoris copules nexu perpetuo, Angelo pacis comitante à mortifera Dæmonum infeſtatione eos cuſtodias, & omes mentis & corporis adverſitates ab eis repellas: ut munimine tuo protecti, & te donante, devotè laudent nomen ſanctum tuum, quod eſt benedictum in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

BEnedi✠cat vos DEUS, & cuſto✠diat vos JESUS Chriſtus: oſtendat faciem ſuam in vobis, & miſereatur veſtri. ℟. Amen.

DEtque vobis ſuæ dilectionis dulcedinem, & ſæculi præſentis fælicitate lætari. ℟. Amen.

Collato etiam gaudio filiorum, poſt hujus peregrinationis decurſum, conferat vobis habitaculum cœleſtium manſionum: Qui vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

BEnedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Poſtremo aquâ benedictâ novos conjuges aſpergat dicens:

ASpergat vos Deus rore gratiæ, in vitam æternam. Amen.

Animadvertat Parochus illorum conjugum nuptijs non eſſe benedicendum, quorum alter in prioribus nuptijs benedictionem accepit: alioquin ſecundis nuptijs benedicens, ipſo facto in pœnam ſuſpenſionis incidit. Poterit autem, ſi opportunum videbitur Sacerdoti, pro conjugibus coram altari ge-

nua flectentibus, sequentes preces adjungere, ad divinam gratiam invocandam.

PSALMUS 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi DEUS; confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi DEUS; confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos DEUS DEUS noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac ſervum tuum & ancillam tuam Domine.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis auxilium de ſancto,
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non nocebit eis.
℣. Eſto eis Domine turris fortitudinis,
℟. A facie inimici,
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟ Et cũ ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob, ſit vobiſcum, voſque conjungat, & ipſe impleat hæreditatem ſuam in vobis, ut videatis filios filiorum veſtrorum usque in tertiam & quartam generationem, ut poſteà vitam æternam habeatis ſine fine, adjuvante & præſtante Domino noſtro Jesu Chriſto. Qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum.
Amen.

ORDO SERVANDUS IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

QUoniam venerandum & adorandum Christi Domini nostri corpus hoc sacro die, publicè gestatur, & honorificentissimè colitur: solennis etiamProcessio, qualis vix toto anno cernitur, institui solet, ac debet in Ecclesiis: Proindè det operam Parochus, ut ad eandem Processionem spectantia tempestivè parentur, omnesq; hominum ordines, congregentur, qui veram & Catholicam fidem suam externo etiam ritu, declarent & comprobent.

Sacerdos in sanctissimo Sacramento tum gestando, tum reponendo cautè admodum ac reverenter sese gerat, nec vagetur oculis inter eundum, nec nimium properet, sed pietatem & gravitatem quandam præ se ferat: præsertim cum Sacramentum ipsum assumens populo benedicit. Quæ ratio benedicendi

per totam hujus Festi Octavam in templo etiam continuatur.

Chorus in Processione decantet Responsorium. Homo quidam fecit cœnam magnam, &c. & Hymnum: Pange lingua gloriosi. &c. & id genus plura cantica de corpore Christi. Nonnunquam tubæ, fistulæ, organa, & alia instrumenta musica eidem Processioni ad Christi gloriam, & pro devotione fidelium adhibentur, sicut & David adhibuit ob arcam Domini in Processione delatam 2. Reg. 6.

Curet etiam Parochus; ut in quatuor locis diversis, ad quæ Processio ventura est collocentur Mensæ, instárque altarium ornentur, apud quas Initia quatuor Evangeliorum, cum suis Antiphonis, Versiculis & Collectis cantentur populoque cum venerabili Sacramento benedicatur. Ubi igitur ad primam mensam ventum fuerit, Sacerdos venerabile Sacramentum supra illam decenter collocet, eique flexis genibus reverentiam exhibeat. Veniat inde ad ipsum unus ex

Diaconis vel Sacerdotibus librum Evangeliorum ambabus manibus ante pectus tenens, qui pro cantando Evangelio benedictionem ab eo flexis genibus petat, dicens: Jube Domine benedicere. Ad quem Sacerdos: Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis ut dignè pronuncies Evangelium ejus. Pax tecum Diaconus: Et cum spiritu tuo.

Posteà paululum à mensa recedens Diaconus, atque versus Orientem junctis ante pectus manibus incipiat: Dominus vobiscum. Chorus respondeat: Et cum spiritu tuo. Iterum Diaconus: Initium sancti Evangelij secundùm Matthæum. Chorus: Gloria tibi Domine. Diaconus:

Liber generationis Jesu Christi Filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Judam & fratres ejus. Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron, Esron autem genuit Aram, Aram autem

genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſon, Naaſon autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Raab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Jeſſe, Jeſſe autem genuit David Regem. David autem Rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Aſa, Aſa autem genuit Joſaphat, Joſaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joathan: Joathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manaſſen, Manaſſes autem genuit Amon, Amon autem genuit Joſiam, Joſias autem genuit Jechoniam & fratres ejus in tranſmigratione Babylonis. Et poſt tranſmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc. Sadoc

autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est JESUS qui vocatur CHRISTUS.

Ubi Diaconus Evangelium finierit, portet librum ad Sacerdotem, eiq; textum cantatum deosculandum exhibeat. Ille autem signo crucis facto super Evangeliorum textum, eoque exosculato dicat:

Per istos sermones Evangelij, & intercessionem sancti Evangelistæ N. indulgeat nobis Dominus noster Jesus Christus universa delicta nostra. Amen.

Tunc omnes flectant genua, cantetque Chorus Antiphonam: Media vita. &c. aut Mottetam festo convenientem. Qua finita, Sacerdos stans versus venerabile Sacramentum, cantet:

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis. Chorus.

℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

Oremus.

DEus qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur averte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſthæc Sacerdos factâ corpori Chriſti reverentia, Monſtrantiam vel Ciborium decenter in manus apprehendat, illúdque ante ſe tenens, cantet:

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.
℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.

Deindè populo undiq; circumſtanti cum venerabili Sacramento benedicat, formans cum Monſtrantia vel Ciborio in quatuor partibus ſignum crucis; primò quidē ante ſe, deindè ad dextrum latus, tertiò retrò, ac poſtremò ad ſiniſtrum latus, hunc in modum inter benedicendum cantans:

BEne ✠ dictio DEI omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ ſancti

descendat super vos & fructus terræ & maneat semper. Chorus: Amen.

Posteà Chorus continuet prædictum Responsorium vel Hymnum, pergátque tota Processio ad Mensam secundam, propè quam cantet Evangelium secundum. Omniáque & singula ibi (sicut & ad tertiam & quartam mensam) fiant, quæ circa primam mensam descripsimus, excepto Evangelio, versu & collecta, quæ habentur ut sequitur:

Initium sancti Evangelij secundùm Marcum.

INitium Evangelij Jesu Christi Filij Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jerosolymitæ universi, & baptizabantur ab

illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Joannes vestitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ejus, & locustas & mel sylvestre edebat. Et prædicabat, dicens: Veniet fortior me post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aquâ, ille verò baptizabit vos Spiritu sancto.

Antiphona post Evangelium.

DA pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster, &c.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

DEus à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc iterum detur benedictio sicut ad primam mensam.

Tertium Evangelium secundùm Lucam.

Initium sancti Evangelij secundùm Lucam.

Fuit in diebus Herodis, Regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius, eò quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundùm consuetudinem sacerdotij, sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris horâ incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum An-

gelus, ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Ioannem, & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, & vinum, & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ, & multos filiorum Iſraël convertet ad Dominum Deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios & incredulos ad prudentiam juſtorum, parare Domino plebem perfectam. Antiphona poſt Evangelium ad placitum.

℣. Dominus dabit benignitatem:

℟. Et terra dabit fructum ſuum.

Oremus.

Clementiam tuam omnipotens Deus, ſuppliciter deprecamur, ut benedicere, viſitare & irrigare digneris fruges & fines ſervorum tuorum, noxias tempeſtates amoveas, inundationem coerceas imbrium, ſpirituales repellas ne-

quitias, aërem salubrem indulgeas, & ab omni nos inimicorum infestatione in pace defendas, quos corpore & sanguine Filii tui à morte perpetua redemisti. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Iterum detur benedictio.

Quartum Evangelium secundùm Ioannem.

Initium sancti Evangelii secundùm Ioannem.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud DEUM, & DEUS erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fiut homo missus à DEO, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat

ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios DEI fieri, his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex DEO nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

Antiphona iterum ad placitum.

℣. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis.

Oremus.

PArce, Domine, parce populo tuo, & nullis nos patiaris adverſitatibus,

bellis,

bellis, morbis tempestatibus ac periculis fatigari, quos pretioso Filij tui Domini nostri Jesu Christi corpore & sanguine redemisti. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Iterum benedictio.

Ubi ad templum reversa fuerit Processio, ascendat Sacerdos cum venerabili Sacramento gradus altaris, ibique ad populum conversus sequentem Hymni versiculum incipiat. Tantum ergo Sacramentum. Chorus reliquum prosequatur. Deindè, facto supra populum cum Christi corpore crucis signo, Ciborium reverenter ad altare collocatur.

Hostiam deniq; illam, in Festo corporis Christi publicè circumgestatam, atq; per Octavam subindè adoratam, Sacerdos proximo die quô post Octavam illam celebraverit, sub Missa sumat.

BENEDICTIO TEMPESTATIS,

quæ Dominicis & Festis diebus per æstatem in Ecclesijs Parochialibus ante vel post Sacrificium Missæ consuevit.

℣. A fulgure & tempestate.
℟. Libera nos Domine Jesu Christe.
℣. Fiat misericordia tua Dñe super vos.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

A Domo tuâ, quæsumus Domine, spirituales nequitiæ repellantur, & aerarum discedat malignitas tempestatum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Quæsumus Omnipotens Deus, ut intercessione sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum & Viduarum, atque omnium Sanctorum

tuorum continuum nobis præstes subsidium, tranquillam auram permittas, atq; contra fulgura & tempestates desuper nobis indignis tuam salutem effunads de cœlis, & generi humano semper æmulas, dextera potentiæ tuæ aëreas conteras potestates.

Deus, qui omnium rerum tibi servientium naturam, per ipsos motus aeris ad cultum tuæ majestatis instituis, tranquillitatem nobis tuæ misericordiæ, remotis aeris terroribus permanere permittas, ut cujus iram expavemus, clementiam sentiamus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

DE PROCESSIONE AD petendam pluviam.

Dictis Litaniis de omnibus Sanctis usq; ad illa verba: Ut fructus terræ, &c. bis dicitur: Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos. In fine posteà dicitur, Pater noster, &c. secretò. ℣. Et ne nos

inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

PSALMUS 146.

LAudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit jucunda decoráque laudatio.

Ædificans Jerusalem Dominus: dispersiones Israëlis congregabit.

Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus: & sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores usq; ad terram.

Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum: & herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum: & pul-

lis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneblacitū erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri. Sicut erat, &c.

Quo finito dicantur preces.

℣. Operi, Domine, cœlum nubibus.

℟. Et para terræ pluviam.

℣. Ut producat in montibus fœnum.

℟. Et herbam servituti hominum.

℣. Riga montes de superioribus tuis.

℟. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo.

Oremus.

DEus, in quo vivimus, movemur, & sumus; pluviam nobis tribue congruentem, ut, præsentibus auxilijs sufficienter adjuti, sempiterna fiducialiùs appetamus.

Oratio.

PRæsta; quæsumus omnipotens Deus, ut, qui in afflictione nostra de tuâ pietate confidimus, contra adversa omnia, tuâ semper protectione, muniamur.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, pluviam salutarem, & aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum.

℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. ℣. Exaudiat nos omnipotens & misericors Dominus. ℟. Amen. ℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

PROCESSIO AD POSTULandam serenitatem.

OMnia fiant, ut in Litanijs majoribus. Et in earum precibus, post ℣. Ut fructus terræ, &c. bis dicatur: Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere digneris, Te rogamus audi nos. Ad finem

obse-

obsecrationum dicitur. Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

PSALMUS 66.

DEus misereatur nostri, &c. ut suprà fol. 213.

℣. Adduxisti, Domine, Spiritum tuum super terram. ℟. Et prohibitæ sunt pluviæ de cœlo. ℣. Cùm obduxero nubibus cœlum. ℟. Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei. ℣. Illustra faciem tuam, Domine, super servos tuos. ℟. Et benedic sperantes in te. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris; preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, & aeris serenitatem nobis tribue

ſupplicantibus; ut, qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordiâ tuâ præveniente, clementiam ſentiamus.

Oratio.

Quæſumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coerceas imbrium, & hilaritatem vultûs tui nobis impertire digneris. Per Dominum.

PRECES AD REPELLENDAM Tempeſtatem.

Pulſantur campanæ, & illis, qui adeſſe poſſunt, in Eccleſiam convocatis, dicuntur Litaniæ ordinariæ, ut ſuprà; in quibus bis dicitur: A fulgure & tempeſtate, & poſt Litanias, Orationémq; Dominicam.

Psalmus 147.

Lauda Jeruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit ſeres portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.
Qui dat nivem sicut lanam: nebulam, sicut cinerem; spargit.
Mittit crystallum suam, sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?
Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.
Qui annunciat verbum suum Jacob: justitias & judicia sua Israël.
Non fecit taliter omni nationi: & judicia sua non manifestavit eis.
Gloria Patri. Sicut erat. &c.
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Ostende nobis Domine misericordiam (tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Adjuva nos Deus salutaris noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Fiat misericordia tua, Domine, super (nos.

℟. Quemadmodum ſperavimus in te.

℣. Salvum fac populum tuum, Domine.

℟. Et benedic hæreditati tuæ.

℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.

℟. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ placaris; preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

A Domo tuâ, quæſumus Domine, ſpirituales nequitiæ repellantur, & aerearum diſcedat malignitas tempeſtatum.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare ſupplicibus; ut, poſt noxios ignes nubium &

vim procellarum, in miſericordiam tranſeat laudis, comminatio tempeſtatum.

Oratio.

Domine JESU, qui imperâſti ventis & mari, & facta fuit tranquillitas magna; exaudi preces familiæ tuæ, & præſta, ut, hoc ſigno ſanctæ Crucis ✠, omnis diſcedat ſævitia tempeſtatum.

Oratio.

Omnipotens & miſericors Deus, qui nos & caſtigando ſanas & ignoſcendo conſervas: præſta ſupplicibus tuis, ut & tranquillitatibus optatæ conſolationis lætemur, & dono tuæ pietatis ſemper utamur. Per Dominum. &c.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

MODVS CONCIONANDI.

ERſtlich ſollen die Prieſter/ wann ſie auff die Cantzel tretten/ etwas wenigs/ vnd ſo lang als ein kurtz Ave Maria ſtill ſtehen/ biß ſich das Volck am auffſtehen recolligirt. Darauff in Lateiniſcher Sprach mit dem Creutzzaichen anfangen. In no-

mine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti. Amen. Nach dem folget Lateinisch das Thema aus dem Evangelio / welches dem Prediger gefällig. Als am newen JahrsTag: Et vocatum est nomen ejus JESVS. Luc.2.c. Darnach soll er mit lauter Stim̃ anfangen: Die Gnad Gottes des Allmächtigen / die reichliche Verdienst unsers Heylands und Seligmachers JEsU Christi / die Erleuchtung Gottes des Heiligen Geistes sey mit uns allen: Welche solches von grund ihres Hertzens begehren / die sprechen das einig Wörtlein / Amen.

Ist es aber der Weyhenacht Tag / Ostern / oder die Fasten / sollen sie für die Wort / so oben berührt: Das Verdienst unsers / rc. setzen: Zu den Weyhenachten: Die Gnadenreiche Geburt unsers Heylands: rc. Am Ostertag: Die fröliche und frewdenreiche Urständ unsers Heylandes: In der Fasten aber / Das bitter Leiden und Sterben JEsu Christi.

Volgend soll er sagen: Die Wort so ewer Lieb und Andacht auß dem heiligen Evangelio / in Lateinischer Sprach seind fürgetragen worden / beschreibt der heilig Evangelist und Cantzler Christi Lucas am 2. Capitel / und lauten auff unser Teutsch also: Und sein Name ward genant JESUS. Da aber des Predigers Thema, so er verteutschen wil / solche Wort seind / so Christus im Evangelio selbst zu andern Personen redet / so wird der Prediger sagen / Es seyen die Wort Christi JEsu unsers Heylands und Seligmachers / so er geredt hat zu den Aposteln / Pharisæern / Juden / rc. oder zu wem er geredt hat / rc. und also auch mit andern Worten. Als dann soll er mit nider gelaßner und halber Stimm folgende Wort sagen: Etwas meh-

rers vnd weiters mir zu reden vnd euch anzuhören/kan vnd vermag ich ohne sondere Gnad vnd Beystand Gottes des H. Geistes nit verrichten. Bitt derhalben E.L. vnd Andacht die wöllen mit mir niderknyen/ bemelte Göttliche Gnad/mit einem andächtigen Vatter vnser/vnd Englischen Grueß andächtig vnd demühtig begehren.

Ist es aber gebräuchig/ daß man vor dem Evangelio ein Catholischen Teutschen Gesang: Als zu der Weyhenächtliche/ Oesterliche Zeit vnd H. Pfingst fest singet/wie solcher Brauch recht vnd guet ist/so mögen die ob vermelte Wort auff dise Weiß geredt werden: Bitt derhalben E.L. vnd Andacht/die wöllen sambt mir/das Oesterliche/Weyhenachtliche Gesang/oder vom H. Geist helffen singen/vnd hernach niderknyen/vnd vmb die Gnad des H. Geists bitten/ rc. Als dann fahe der Prediger an zu singen.

Wann nun das Gesang auß ist / so erhole der Prediger dise Wort: Knyet nider vnd bettet ein andächtiges Vatter vnser vnd Englischen Grueß.

Nach Vollendung dises alles stehet der Prediger auff/ vnd ermahnt das Volck / mit nachfolgenden Worten: Stehet auff vnd bezaichnet euch mit dem Zaichen des H. Creutzes. Vnd also mach der Priester fein langsam/ damit Jung vnd Alte sehen vnd lernen können / das Zaichen des heiligen Creutzes/ mit dem Daumen an die Stirn/ Mund vnd Brust / wie die Teutschen im Brauch haben/ vnd höret den Text des H. Evangelij / so nach Ordnung der H. Allgemainen Christlichen Kirchen im Ambt der H. Meß gesungen vnd gelesen wird / beschreibt vns der

Heil. Evangelist vnd Cantzler Christi N. seiner Evangelischen Beschreibung am N. Capittel / vnd lauten die Wort von Latein auff vnser Teutsch also. Solches Evangelium soll der Prediger langsam vnd verständlich / nit in einem Thon / sonderen wie die Wort manicherley Sachen anzaigen / also auch döhnen / gleich die Stim formieren vnd verlesen. Wann nun das Evangelium ein End hat / so soll der Prediger sagen / So viel seynd der Wort des heutigen H. Evangelij / durch welcher Wort Krafft vnd Macht verzeyhe vns GOtt all vnsere Sünd and Missethat. Amen.

Nach der Predig.

SOllen sie das gemain Gebett für alle Ständ auß dem Evangelij Büchlein Herrn Canisij / so der beste in disen Gebettlein ist / dem Volck fürbetten / auch die Evangelia darauß lesen. Hernach der Krancken vnd Betrübten / so des gemainen Gebetts begehren / nit vergessen / vnd dise Wort vermeldten: Für dise vnd alle andere / so vnsers Gebetts bedürfftig seynd / so knyet nider vnd bettet jhnen allen zu Trost vnd Hülff ein andächtig Vatter vnser vnd Englichen Grueß.

Alßdann soll er die Heyrat: Jtem / die Feyerfest vnd Fasttäg / so in folgender Wochen / werden ein fallen / verkündigen. Wann nun dises geschehen / soll der Prediger weiter sagen: Damit vnser Gebett vnd Kirchgang Gott dem Allmächtigen desto angenehmer sey / so rainiget ewer Gewissen mit Bezaichung des heiligen ✠ Creutzes / vnd sprecht mir nach die offene Schuld vnd Beicht. Jch armer Sünder / ꝛc.

Nach Vollendung der Beicht wird der Priester also sprechen: Der Allmächtig / gnädig vnd Barmhertzig GOTT / woll sich vnser erbarmen / vnd vns vnsere Sünden gnädig verzeyhen vnd vergeben. Amen.

Vnd also mit nachfolgenden Worten beschliessen: Jetzund nit mehr / dann ich setz ewere Seelen vnd Leib in den Schutz vnd Schirm (alda mach er ein ✠ Creutz über das Volck) Gott des Vatters / ✠ des Sohns / vnd des heiligen Geists: Bittet GOtt für mich armen Sünder / dergleichen wil ich auch thun in meinem Gebett.

Ein gar herrliche PROfession vnd Bekantnuß des wahren Catholischen Glaubens.

IN Namen der allerheiligsten Dreyfaltigkeit / des Vatters, vnd des Sohns vnd des heiligen Geistes / Jch N. bekenne vnd glaube von grund meines Hertzens samentlich vnd sonderlich alles so in dem heiligen Glauben begriffen ist / den die heilig Römisch Kirch auff dise Weiß gebraucht.

Jch glaub in ainen Gott Vatter / Allmächtigen Schöpffer Himmels vnd der Erden / aller sichtbarn vnd vnsichtbaren dingen / vnd in ainen HErrn JEsum Christum / den eingebornen Sohn Gottes / auß dem Vatter von Ewigkeit geborn / Gott von Gott / Liecht von Liecht / ein wahren GOtt von wahrem Gott / geboren vnd nit

erschaffen / gleicher Substanz vnd Wesens / mit dem Vatter / durch jhn seynd alle Ding erschaffen. Der vmb vns Menschen vnd vnsers Heyls willen ist gestigen von den Himmeln / vnd hat durch den heiligen Geist auß Maria der Jungkfrawen Fleisch an sich genommen / vnd ist Mensch worden. Er ist auch für vns vnder Pontio Pilato gecreutziget worden / hat gelitten vnd ist begraben / vnd am dritten Tag / laut der H. Schrifft / widerumb aufferstanden. Er ist gen Himmeln auffgefahren / sitzet zur gerechten GOttes des Vatters / vnd wird widerumb kommen mit Glory vnd Herrlichkeit zu richten die Lebendigen vnd die Todten / dessen Reichs kein Ende seyn wird. Jch glaub auch in den heiligen vnd lebendigmachenden Geist / der vom Vatter vnd dem Sohn außgehet / der samt dem Vatter vnd dem Sohn zugleich wird angebettet vnd geehret / der geredt hat durch die Propheten. Jch glaub auch ein ainige / heilige / Catholische vnd Apostolische Kirchen. Jch bekenne einen Tauff zur Vergebung der Sünden / vnd erwarte die Aufferstehung der Todten / vnd ein Leben der zukünfftigen Zeit / Amen.

Jch glaub auch vestiglich / vnd nimme an der heiligen Apostel / vnd Catholischen Kirchen Lehr / Ordnung vnd Satzungen. Die heilige Schrifft verstehe vnd lasse ich zue / in dem Verstand / den die heilig Kirch vnser Mutter bißher gehalten vnd noch halt / der da zugehöret / von dem rechten Verstand vnd Außlegung der heiligen Schrifft zu urtheilen vnd zu richten: Jch wil auch gemelte Schrifft allzeit nach der ainhelligen Außlegung der heiligen Vätter verstehen vnd annemmen.

Ich glaub vnd bekenne auch / daß warhafftig vnd aigentlich siben Sacrament des newen Gesätzes oder Testaments von Christo JEsu vnserm HErrn eingesetzt / vnd dem Menschlichen Geschlecht sehr nutzlich / (wiewol nit alle einem jeden Menschen zur Seligkeit nohtwendig seyn) als der Tauff / Firmung / das Sacrament des Altars / Bueß / letzte Oelung / Priesterweyh vnd Ehe / vnd daß dise Sacrament dem Menschen Gnad mittheilen / aus welchen der Tauff / Firmung vnd Priesterweyhe / ohne grosse Gottslästerung / nit mögen zum andernmal widerholet werden.

Ich nimme auch auff vnd an / alle bewehrte vnd gewohnliche Bräuch vnd Ceremonien der Catholischen Kirchen / die sie in hochermelter Sacramenten offentlichen Raichung vnd administration gebraucht.

Deßgleichen glaub ich alles samentlich vnd sonderlich so von der Erbsünd vnd Rechtfertigung des Sünders / im allgemainen Concilio zu Triendt / zu glauben erklärt vnd beschlossen worden ist.

Item / ich glaub daß in der heiligen Meß / werde GOtt dem HErrn auffgeopffert ein wahres eigentliches vnd Versöhn-Opffer / für die Lebendigen vnd die Todten / Vnd daß im Hochwürdigen Sacrament des Altars sey warhafftig / leiblich vnd wesentlich der Leib vnd Blut / mit Seel vnd Gottheit vnsers HErrn JEsu Christi: vnd daß die gantz Substantz des Brodts in den Leib / vnd die gantz Substantz des Weins in das Blut Christi verwandlet werde / Welche Verwandlung die Catholisch Kirch nennet Transsubstantiationem, das ist / einer Substantz in die ander verwandlung.

Ich glaub auch / daß vnder einer Gestalt allein / der gantz vnd vnzerthailte Christus / vnd das wahre Sacrament seines Fronleichnams / fruchtbarlich genossen vnd seligklich empfangen werde.

Ich glaub vestigklich / daß ein Fegfewer sey / vnd daß den Christ glaubigen Seelen / so alda abzubüssen verhafftet / durch Fürbitt / Almosen / vnd andere Gottselige Werck der Glaubigen geholffen werde.

Item / daß man die lieben Heiligen / welche mit Christo regiren / als Freund Gottes vnd vnsere selige Mitglider / ehren vnd anrueffen soll / vnd daß sie auch GOtt für uns bitten / darzu auch / daß ihre heilige Leiber vnd Heylthumb / als gewesene Werckzeug des heiligen Geistes / so wider am Jüngsten Tag zu ewiger Glory erstehen werden / in Ehren zu haben seynd.

Ich glaub auch beständigklich / daß vnsers HErrn Christi / vnd seiner Mutter Mariæ / auch anderer lieben Heiligen Bilder vnd Gemähl / welche vns der Wolthaten Gottes / vnd aller guten Exempel erinnern / zu haben / vnd zu behalten seynd / vnd daß man jhnen gebührende Ehr vnd Reverentz erzaigen soll.

Item / ich glaub für gewiß / daß Christus vnser lieber HErr in der Kirchen den Gewalt des Ablaß gelassen hab / vnd daß dessen Gebrauch dem Christlichen Volck hochnutzlich vnd heylsam sey.

Ich erkenne auch / die heilig Catholische Apostolische Römische Kirchen / für ein Mutter vnd Maisterin aller andern Kirchen.

Ver-

Verheisse auch vnd gelobe warhafftigen Gehorsamb dem Römischen Bischoff / als der da ist des heiligen Petri der Aposteln Fürsten Nachkomner vnd vnsers HErrn JESV Christi auff Erden Vicarius vnd Statthalter.

Deßgleichen glaub ich auch vnd nimme vngezweiffelt an alles / so von den heiligen Canonen vnd allgemainen Concilien, vnd insonderheit von dem jüngst gehaltnen H. Concilio zu Trient / zu glauben fürgehalten gebotten / beschlossen vnd erkläret ist / Hergegen aber verwirffe / verfluche vnd verdamme ich alle Ketzereyen / Irrthumben vnd Glaubens-Spaltungen / so von gemelter Kirchen bißher / verworffen / verflucht vnd verdammet seind.

Disen wahren Catholischen Glauben / ausserhalb / welches ainige Seligkeit jemand jmmer zugewarten / den ich alhie zugegen freywillig bekenne vnd warhafftig glaube / denselben (wils Gott) wil ich gantz vnverletzt / biß in mein Gruben vestigklich vnd vnverletzt beständigklich halten vnd bekenen.

Ich wil auch / so vil mir müglich / allen fleiß anwenden / damit diser Glaub von meinen Vnterthanen / oder von denen / welche meiner Sorg bevolchen seind / gehalten / gelehrt vnd geprediget werde. Das verheisse / gelobe vnd schwöre ich N. darzu mir helffe die Allerheiligiste vnd vnbegreifflichiste Dreyfaltigkeit / vnd alle Gottes Heiligen vnd Außerwöhlten /

Amen.

BENEDICTIO VINI S. JOANNIS in Solemnitatibus Nuptiarum.

Initium S. Evangelij ſecundùm Ioannem.

In principio erat verbum, &c. ut ſuprà, fol. 225.

PEr iſtos ſermones ſancti Evangelij, & per merita ſancti Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, quæſumus omnipotens Deus, bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris hanc creaturam vini dextera tua, & præſta, ut omnes in te credentes, & de iſto potu bibentes, à te protegantur & benedicantur, ſicut beatis Ioannes de calice venenum bibens, non eſt læſus, ita & iſti homines in amore tui & ſancti Ioannis de potu iſto bibentes, ab omni ægritudine corporis & animæ abſolvantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

ET benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper hanc creaturam vini & maneat ſemper. Amen.

Deindè aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio Salis & aquæ major, fieri solita in die Festo sancti Stephani Protomartyris.

IN Festo S. Stephani Protomartyris, manè horâ competenti, præparatis, in cornu Epistolæ, sale & aquâ benedicendis. Sacerdos, indutus albâ vel superpelliceo, item stolâ & pluviali violaceo, factâ Altari reverentiâ, genuflectit ante medium Altaris, & dicit Majores Litanias, quæ aliàs dicuntur in Sabbatho sancto, usq; ad verba: Christe exaudi nos. *inclusivè.*

Finitis Litanijs, Sacerdos accedit ad cornu Epistolæ Altaris; ubi absolutè incipit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. Deindè statim incipit Exorcismum Salis.

Exorcismus Salis.

EXorcizo te, creatura Salis, in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, & in charitate Domini nostri Jesu ✠ Christi, & in virtute Spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, qui ad tutelam humani generis te procreavit, & populo,

venienti ad credulitatem, per servos suos consecrari præcepit. Proindè rogamus te, Domine, Deus noster, ut hæc creatura salis, in nomine sanctissimæ Trinitatis, efficiatur salutare Sacramentum, ad effugandum inimicum: quam tu sanctificando sancti ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas, fiatque omnibus sumentibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum: in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est, judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deindè subjungit Exorcismum aquæ.

Exorcizo te, creatura aquæ, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum totius sæculi creatorem: ut mundam te exhibeas cōtra omnem morbum & insidias inimici; ut, ubicunq; fueris aspersa, sit, Deo propitio, defensa domus ipsa; &, sicut defensæ fuerunt domus Hebræorum per signum sanguinis, sic defendantur, Domine, domus famulorum famularumq; tua-

rum.

rum. In ipsius nomine exorcizo te, qui verbo suo fontes emanare præcepit. In ipsius nomine te exorcizo, quem Joannes baptizavit in te; ut te mundam, & aptam ad benedicendum, exhibeas; ut & omnis spiritus erroris, & omnes phantasiæ dæmonum, per tuam aspersionem effugentur & separentur. Per eum qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te suppliciter deprecamur, ut opem nobis mittere digneris: & Sacerdotali officio da virtutem, ad hanc creaturam Salis & Aquæ benedicendam; quam tu, Domine, de summo majestatis tuæ throno respicere, & per manus potentiæ tuæ benedicere dignare; ut, quisquis ex ea gustaverit, nunquam moriatur, sed in æternum te sapiat, de te roboretur, de te sanitatem recipiat, atque ad æterna dona per tuam gratiam pervenire merea-

mur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Et statim, in peculiari vase, mittat Sal in aquam, in modum Crucis, dicendo:

HÆc commixtio Salis & Aquæ, per virtutem individuæ Trinitatis, & signum sanctæ Cru✠cis, salutifera efficiatur, ad sanitatem animæ & corporis.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Aquæ vividæ creaturam, nobis à te conditam, mirabiliter distinxisti, ut liquorem simplicem ad lavacrum, salsam soliditatem præberes ad condimentum; quatenus & sordida possent ablui, & fatua imbui; quo & noxia tollerentur, & originalis error corrigeretur ad viam salutis: te officij nostri functione (quamvis immeriti) deprecamur, ut hæc Salis & Aquæ in tuo nomine facta permixtio, clementiæ tuæ dono, sancti✠ficetur, nec ullo contagio reddatur immundum, quod tuâ fieri credimus majestate beatum; sed ita per te plenum præbeat sanctificationis effectum, ut, ubicun-

que,

que, invocato tuo nomine, manu fuerit emissa, vel quolibet modo assumpta, explosis omnibus expulsisq; insidijs contrariæ potestatis, non solum diabolica machinamenta, ex eodem loco fugata, deficiant, sed etiam sanctorum Angelorum custodia semper inibi mansura consistat. Te præstante Deo, qui cum unigenito Filio tuo, & Spiritu sancto, vivis & regnas.

Mox dicit voce mediocri, extensis manibus ante pect9, Præfationem sequentem:

℣. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum & justum est.

VEre dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere; Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, cui, super Cherubim & Seraphim sublimi throno sedenti, omnis profunditas abyssi & maris, terræque latitudo, perspicua est: DEUS, cujus æternis legibus omnis creatura concluditur: DEUS,

cujus voluntati quicquid resistit, infirmum est, & quicquid sevit inimicus & immundus spiritus, tuis sermonibus sanctis evictum est: Deus, qui malignorum spirituum destruis vires, & adversantia eorum tentamenta per famulos tuos potenter extinguis: Te, Domine, supplices exoramus, ut ad defensionem nostram placatus aspicias, & hujus salis & aquæ creaturam gratiâ tuæ benedictionis sancti ✠ fices, & necessarijs purificationibus facias efficacem: ut, quicquid fuerit liquore ejus aspersum, ab omni immunditia spirituum immundorũ vacuum fiat & liberum; nihil ibi Pestilentiâ morbidũ, nihil ullo terrore inquietũ: omne illic dæmonium, omnis adversaria potestas, per hujus salis & aquæ aspersionem, deprecatione tuæ invocationis, procul pellatur; nec ullas ibi diaboli ministrorumque ejus insidias nocere vel latere permittas, ubi de tuo auxilio præsumitur, & virtus tui nominis invocatur. *Quod sequitur, dicit planè legendo, ita tamen, ut à circumstantibus audiri possit.* Per Dominum nostrum

Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Sancte Domine, Creator omnium creaturarum, & totius naturæ artifex, & unus magister gignentium, origo nationum, utilitasque virtutum; cujus prudentia in hac quoque natura liquentes aquas cœlesti igne solidavit, ut hæc creatura, humanis usibus admixta condiret, & in longiorem usum incorrupta servaret: da ei, Domine, exorantibꝰ nobis, eam ex tua benedictione substantiã, ut, cujuscunq; viscera penetraverit, effugiat ex his atq; expellat, quicquid erroris, confusionis, malignitatis ac fraudis, diabolicæ tentationis malignitas infuderit; omni hostis nostri infestatione depulsa; ut in homine, tantum quod à te factum est, relinquatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti DEUS, per omnia sæcula

ſæculorum, ℟. Amen. Deindè dicitur: Benedictio Dei Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus✠ſancti, deſcendat ſuper hanc creaturam Salis & Aquæ, & maneat ſemper. ℟. Amen. *Denique ex aquâ, in peculiari vaſe ſale permixtâ, fiat aſperſio ſalis & hominum circumſtantium.*

BENEDICTIO VINI IN DIE S. JOANNIS EVANGELISTÆ

SAcerdos, ſuperpelliceo ſeu albâ & ſtolâ, indutus, ſtans in cornu Epiſtolæ, vino, extra dictum cornu juxta ſe in menſa poſito, & vaſis, quibus continetur, apertis, dicat: ℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Initium ſancti Evangelij ſecundùm Joannem. ℟. Gloria tibi Domine.

IN principio erat verbum, &c. ut ſuprà, fol. 225. In fine, ℟. Deo gratias.

PSALMUS 22.

DOminus regit me, & nihil mihi de erit: in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ: propter nomen ſuum.

Nam, etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam: adverſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus eſt?

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Salvos fac fideles tuos. ℟. Deus meus ſperantes, in te.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. ℟. Beatus vir qui sperat in eo. ℣. Et si mortiferum quid biberint. ℟. Non eis nocebit. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus & Pater Domini nostri Jesu Christi, cujus imperio cœli firmati sunt, cui omnis creatura deservit, & omnis potestas subjecta est, & metuit & expavescit: nos te in auxilium nostrum invocamus, cujus audito nomine serpens conquiescit, draco fugit, vipera silet, & subdola illa quæ dicitur rana, inquieta, torpescit, scorpio extinguitur, regulus vincitur, squalangus nihil noxium operatur, & omnia venenata & ad huc fortiora animalia noxia terrentur. Tu, Domine, extingue omnes diabolicas fraudes & omnes humano generi adversantes nequitias, & hunc liquorem vini, per intercessionem sancti Joannis Evangelistæ, tuâ virtute bene✠dicito; & omnes ex eo gustantes, meritis & precibus sanctissimæ Dei genitricis MARIÆ & omnium Sanctorum tuorum intervenientibus, ab omni malo custodias & ad regnum gloriæ tuæ perducas. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum.

&c.

Oremus.

DEus, qui mirabili potentia vinum producis ex vite, ut indè exhilaretur cor hominis; qui mirabili potentiâ in Cana Galilææ, ad potandum, nuptiali populo, aquam convertisti in vinum, quique mirabilissimâ potentiâ, per manus Sacerdotum, elementum vini quotidie in sacratissimum tuum transformas Sanguinem: Deus, cujus potestate Joannes Evangelista venenosi potus digessit toxicum, bene ✠ dicere dignare hanc creaturam vini, ut omnes ex eo gustantes, ex pulso toto genere nocivo, infuso tuæ bene ✠ dictionis mysterio, in anima & corpore mereantur misericorditer exhilarari. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Oremus.

BEati Joannis Evangelistæ, quæsumus Domine, supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia æterna concede. Per Dominum nostrum JESUM Christum, &c.

Et benedictio Dei Pa ✠ tris omnipotentis, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti, descendat super hunc liquorem Vini, & maneat semper. ℟. Amen.

Deindè aspergit Vinum aquâ benedictâ.

DEO ter Optimo Maximo, Deiparæ Virgini, SS. Stephano, Maximiliano, Valentino, & omnibus Sanctis, laus, honor, & gloria.

INDEX RERUM ET MATERIARUM,

quæ in hoc Rituali libro continentur.

F I N I S.